Ita coꝛ humanū ſi adhereat deo per charitatem: tunc ibi ſtat ⁊ quieſcit in domino. Et ideo cōſulit nobis apoſtolus dicens. Sic ſtate in domino: ſcȝ per charitatem ⁊ iuſticiam. Dicit enim Auguſtinus lib. iiij. de ciuitate dei capl'o. xij. ꝙ magna miſeria eſt hoī eſſe ſine charitate qui non poteſt ſtare ſolus. Nam homo ſine charitate non ſtat cū dn̄o: nec cum xp̄o: nec cum diabolo. ſed ſtat ſub poteſtate diaboli: qui nititur charitatē deſtruere: ⁊ ad diſcoꝛdias ⁊ ad bella homīes inducere: que diſcoꝛdia eſt cauſa deſtructionis regnoꝝ ⁊ ciuitatum et cuiuſcūqȝ cōmunitatis. Et ideo dicit xp̄s Mathei. xij. Omnis ciuitas vel domus contra ſe diuiſa non ſtabit. Et ſi ſathanas ſathanā eijcit: quomodo ſtabit regnum eius? Quaſi diceret. Opoꝛtet ꝙ deſtruatur. Exempluȝ ad hoc habemus Judicū. ix. Ubi habet quomodo diſſenſio ⁊ diſcoꝛdia fuit quare Abimelech occidit ſeptuaginta fratres ſuos: quia voluit habere regnū. poſtmodum ille combuſſit ciuitates villas ⁊ caſtella que fuerunt in terra ſichem: ⁊ occidit tam viros ꝙ̄ mulieres q̄ ſteterunt ⁊ pugnauerunt contra eū. Tandem vna mulier ſtans in excelſo pꝛopugnaculo turris ad quā Abimelech fecit inſultum: ⁊ percuſſit eum in capite cū magno lapide: ⁊ ſic interfectus fuit. Item narrat Oꝛoſius de oꝛmeſta mundi libꝛo. iiij. cap̄. v. ꝙ anno ſexto ab edificatione Rome oꝛta fuit magna diſcoꝛdia inter romanos qui pꝛimo habuerunt bella inteſtina inter pꝛoprios ciues in ciuitate. Secundo habuerunt bella ſeruilia: ꝙ ſerui pꝛo libertate habenda inſurrexerūt contra dominos ſuos. Et tertio habuerunt bella ſocialia: quia ciuitates adiacentes inſurrexerunt contra romam: et maximam partem ciuitatis deſtruxerunt. Et cauſa fuit: quia romani non ſteterunt in charitate ⁊ in obſeruãtia legis diuine: ſed mala fecerunt. ⁊ dederunt ſe ſupbie ⁊ auaricie: ⁊ alijs peccatis que fuerunt contra iuſticiam ⁊ charitatem. ⁊ ideo dicitur Deuteroñ. xi. Si cuſtodieritis mandata mea: non ſtabo contra vos. Quia enĩ quando nos non ſtamus in perfecta charitate deus ſtat contra nos. H Et hoc multipliter: ⁊ tamen miſericorditer. Primo arguit nos de peccatis noſtris: ⁊ impedit nos ne cadamus in peccata. Hoc fuit figuratum Numeri. xxii. vbi habetur ꝙ cum Balaam pergeret ad maledicendum populum dei: vidit angelum dei ſtantem aduerſus eum cum gladio euaginato. Cui dixit angelus. Ego veni ſtare contra te: quia peruerſa eſt via tua. ⁊ confeſtim aſina ſtetit: ⁊ vltra ꝓgredi non potuit nec voluit: ⁊ tunc verberauit aſinam ſuam. Dicunt tamen aliqui ꝙ prius verberauit aſinam ꝙ̃ vidit angelum ſtantem coram illo Modo conſimili peccator non videt dominum ipſum corripientem ⁊ flagellantẽ pro peccato ſuo. ⁊ ideo conſulit tibi Sapiens Eccl̄iaſtici. ii. Fili accedens ad ſeruitutem dei: ſta in iuſticia ⁊ in timore dei: ⁊ ne retrocedas in peccatum. Secundo deus ſtat contra peccatorem: quando proponit exire de peccato ipſum ad penitentiam expectando. ⁊ ideo dicit Chriſtus Apocalipſi. iii. Ecce ſto ad oſtium: ſcilicet patienter expectando: ⁊ pulſo interius inſpirando: vel exterius predicando. Si quis mihi aperuerit ianuam id eſt cor ſuum: ſe conuertendo ſcilicet ⁊ petendo veniam: intrabo ad illum: ſcilꝫ gratiam meam infundendo. Tertio deus ſtat cum pctõribus ipſos adiuuãdo: quia xp̄s pugnauit contra diabolum ꝓ peccatoꝛibus ⁊ iuſtis. Figura huius habet Exodi. xvij. vbi dicit Moyſes ad Joſue. Egreſſus pugna contra Amalech: ⁊ ego ſtabo in vertice collis habens virgā dei in manu mea: ſcꝫ paratus ad adiuuandū ⁊ pugnandū. Spūaliter ꝑ Joſue intelligo quēlibet iuſtum. per Amalech diabolum Unde quilibet homo habet pugnare cū diabolo: queꝫ deus in pugnando adiuuat ⁊ confoꝛtat. Secure igitur poteſt quilibet iuſtus pugnare ⁊ non timere: quia dicit pꝛopheta Iſaias. cap̄. l. Juxta eſt qui iuſtificat me. Quis contradicet mihi. Stemus ſimul. Quarto ſtabit xp̄s in futuro contra peccatoꝛes ad iudicandum. In ſignum huius dixit beatus Stephanus Actuū. vij. Ecce video celos apertos ⁊ ieſum ſtantem a dextris virtutis dei. Stetit vero tunc quaſi paratus ad deſtruendum iudeos qui lapidauerunt beatum ſtephanum: ⁊ ideo ipſe genu flexus oꝛauit dn̄m pꝛo inimicis ſuis dicens. Dn̄e ne ſtatuas illis hoc peccatum: quia neſciūt quid faciunt. Dicitur enim ꝙ beatus ſtephanus quādo oꝛauit pꝛo inimicis ſuis genu flexit: ⁊ quando ꝓ amicis ſtetit. ⁊ ideo cum venerit dn̄s ad iudicandū ſtabit. Iſaie. iij. Stabit ad iudicandū dn̄s in ſignum ꝙ eſt paratus ad dandā miſericoꝛdiam penitentibus ⁊ iuſticiam malis. ⁊ hinc dicitur ꝙ Maria magdalene quando venit ad Jeſum ꝓ mīa habenda: ſtetit retro ſecus pedes dn̄i. Luce. vij. Moꝛaliter pedes dn̄i ſunt iuſticia ⁊ mīa. Juxta quos pctōꝛ ſtat: qꝛ xp̄s iuſtus eſt in puniendo: ⁊ miſericoꝛs in condonando. Igit chariſſimi iuxta conſiliū apoſtoli ad Galath. v. ⁊ Epheſ. vi. Stetit perfecti in oī iuſticia ⁊ veritate. Et ſic patet ſcđm pꝛin cipale. ❡ Tertio p̄cipaliter dixi ꝙ debemus ſtare prudenter in oratione ⁊ mundicia contra carnem. Figura huius habetur Geneſis .xviij. Quomodo Abraham ſtetit ⁊ orauit pro ſaluatione quinq̧ ciuitatum dicens. Si inuenti fuerint decem virtuoſi dimittes. Cui reſponſum eſt ꝙ ſic: ſed quia non fuerunt finaliter decem inuenti deleuit eos ꝓpter luxuriam ocium ⁊ gulā que regnauerunt in populo ciuitatū illarū. Et ideo habetur Judith .xiij. ꝙ Judith ſtans coram dño cū lachrymis orauit quando fuit in cubiculo cū holoferne qui fuit vino inebriatus ꝙ poſſit eū deſtruere ⁊ ſaluare ppl'm dei a malicia eius. Et facta oratione ſtetit coram lecto eius: ⁊ euaginato gladio caput eius amputauit ⁊ deferebat populo dei qui per eius orationem ſaluus factus eſt. Unde narrat Euſebius de geſtis romanorum libro xiiij. ꝙ quidam rex veniens verſus romam omnia ī via ſua deuaſtabat et romam deſtruere ꝓpoſuit. Quo audito leo papa orauit dominū vt eius ferocitatem mitigaret. et tandem papa ſibi obuians rogauit eum vt a malicia ſua deſiſteret. Quem cum rex vidiſſet ita perterritus fuit ꝙ vix ſibi loqui potuit. Tandem ſui milites queſiuerunt ab eo quare ita territus eſt de illo Sacerdote. Quibus reſpondit rex. Non ſolum fui perterritus de illo: ſed de vno ſene qui ſtetit cum illo qui habuit gladium euaginatum paratum ad amputandum caput meum: et ideo conceſſi ſibi quid a me petiit. Ex quibus patet ꝙ contra omnes inimicos tam corporales q̄ ſpirituales ſtandum eſt aſſidue in oratiōe/⁊ mundicia mentali: et tunc dominus deus noſter confringet inimicos noſtros iuxta illud Pſalmiſte. Con=

fringam illos nec poterunt ſtare. J Et ꝙ debemus ſtare in mundicia mentali habemus figuram Danielis.i.ꝙ Nabuchodonoſor rex precepit famulis ſuis vt introducerent in palatium ſuū pueros ſine macula: et decoros forma ad ſtandū in ꝯſpectu regis vt ſibi miniſtrarent: ⁊ introduxerūt Danielē et ſocios eius. Modo ꝯſimili ⁊ multo potior: illi qui deputantur diuino miniſterio debēt eſſe mūdi ⁊ imaculati: qꝛ deus non diligit miniſteriū imundoꝝ ⁊ maculatoꝝ. Et ideo conſulit nobis apoſtolus ad Ephe.vi. State ſuccincti lūbos vr̄os in veritate. Lūbos enī precingimꝰ inquit Gregoriꝰ in omelia cū carnis luxuriā per continentiam coartamꝰ. Ideo ſi voluerimꝰ ſtare in conſpectu dei oportet tentationes ⁊ voluptates carnales refrenare per oꝑa penitentie per q̄ poſſumus ad celum aſcendere. Habet̄ enī Gene.xxviij.ꝙ Jacob vidit ſcalam ſtantem: cuius ſummitas tangebat celos. ¶ Moraliter per iſtam ſcalam intellgo penitentiam per quam caro mortificatur. Et habet tres gradus: videlicꝫ: contritionem, confeſſionez ⁊ ſatiſfactionem. Primus gradus commendatur ī maria Magdalena. Que ſtetit iuxta pedes domini ⁊ lachrimis cepit rigare pedes dn̄i ⁊ capills capitis ſui tergebat. vt habetur Luce.vij. Secundus gradus fuit in filijs Iſrael. vt habetur Nume.v.ca. Tertius gradꝰ fuit in zacheo qui ſtetit coram domino ⁊ dixit. Ecce dimidium bonorum meorum.⁊c̄. Luce.xix. Per iſtos tres gradus peruenitur ad regnum. ℟ Sed chariſſimi timendum eſt ꝙ multi timēt ſtare ſuper iſtos tres gradus: ſcilicet qui timent nimis infirmitatem corporalem ſi agerent penitentiam: ⁊ nimis amant ſeipſos. Et hoc bene figuratum fuit in ſolio Salomonis ad cuius aſcēſum fuerunt ſex gradus ⁊ in quolibet gradu facti fuerunt duo leones ficti impedientes eos qui voluerunt aſcendere in ſolium. ¶ Spiritualiter ꝑ iſtos duos leones intelligo inordinatū amorē ⁊ inordinatū timorem q̄ ſtant ⁊ impediūt peccatores ne agant penitentiam vel aliquod opus virtuoſum quo ꝓcederetur ad celū. Et iō couſulit nobis apl's ad Coloſſēn. iiij. Stetis perfecti ⁊ pleni in omni volūtate dei: q: quotidie patimur rebellionem in carne contra ſpm̄. Et ideo dicit Apl's ad Gal. v. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm ⁊ ſpirit⁹ aduerſ⁹ carnē. Hec eni ſibiīnuicē aduerſantꝛ. ⁊ iō eos premonet Apoſtolus. i. ad Corinth. x. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Jlle eni ſtat cui⁹ ꝯſcientia teſtatꝛ ꝙ ſit i vita grē. q: dicitur ad Roma. v. Acceſſum habem⁹ ad dominū ꝑ gratiā in qua ſtam⁹. Et ideo cauendū ē diligenter ne gratiam ꝑdam⁹ ⁊ ꝑ fragilitatē cadam⁹. Jgitur chariſſimi trib⁹ modis debem⁹ ſtare cōtra mūdū/ diabolum/ ⁊ carnē. vt tandem pro labore nr̄o vitam poſſideamus eternam. Amen.

Sermo. viij.

Morit. Chariſſimi dicit beatus Augu. iij. de libero arbitrio. cap̄. x. ꝙ maius miraculum eſt hominem ſuſcitare a ſpūali morte ad vitam gratie ꝙ̄ reſuſcitare hominem a morte corporali. A Et ratio ſua eſt vera: quia quando corpus moritur corporali morte in hoc non peccat q: eſt ſibi debitū: ideo ſi deus reſuſcitet eum a morte corporali ad vitam non facit contra iuſticiam q: de neceſſitate corpus moritur. Anima vero ſpiritualiter non moritur niſi ſponte: ideo abijcit a ſe quod ſemper deberet ſeruare ex debito : et ideo eſt contra iuſticiā. Cū ergo nullus poteſt reſuſcitare corpus a morte carnali niſi deꝰ: ĝ nec aīam a morte ſpūali. Et ideo in principio huius ſermonis recurrēdū eſt ad deū ꝓ gratia nobis miniſtrāda: dicēdo Pat noſter ⁊ Aue maria. Pro ꝓceſſu huius ſ̄monis ē aduertendū ꝙ beatus Auguſtinus in li. ſuo ad Oroſiū ponit triplicē mortē: videlicet: mortē temporalē ſiue corporalem: que ē ſeparatio aīe a corpore : mortē culpe q̄ ē ſeparatio aīe a deo: ꝑ pctm̄ mortale: ⁊ mortem gehenne que ē ſeparatio hoīs a deo ꝑ penā eterne miſ̄ie. B

Primo ⁊ principaliter dixi ꝙ eſt corporalis mors ⁊ illa eſt neceſſaria. Unde hec mors incipit qñ anima primo coniungitur corpori. Et durat vſqꝫ ad ſeparationē anime a corpore. Et ideo dicit ſcriptura. ij. Regū. xiiij. omnes morimur ⁊ quaſi aqua dilabimur in terraꝫ. Ubi nota ꝙ non dicit moriemur ſed morimur in preſenti: ita ꝙ quando incipimus viuere tunc incipimꝰ mori. Ad illō valet experientia que videtur in omnibus creaturis tā ſuperioribus ꝙ̄ inferioribus que creſcunt ⁊ decreſcunt ⁊ tandem ad finem perueniunt. Modo conſimili homo quando naſcitur incipit creſcere in quantitate ⁊ in fortitudine quouſqꝫ peruenerit ad ſtatum perfectum : et tandem ad mortem propter debilitatem complexionis tendit. Et ideo inquit Sapiens eccľ. xiiij. Memor eſto quoniam mors non tardat. In cuius ſignum commentator ſuper librum Cyceronis de Senectute depingit imaginem mortis habentem gladium in vna manu et ſagittam in alia manu: et habet ſimilitudinem et facieꝫ tyranni. Primo imago mortis habet gladium: in ſignū q̄ omnes tam pꝛeteriti q̄ pꝛeſentes ⁊ futuri: ictu gladij moꝛtis interierunt. In cuius ſignum dicit Auguſtinus in libꝛo de viſitatione infirmoꝝ. Audacter inquit pꝛonuncio ꝙ pꝛincipium huius vite eſt initium doloris. Fuerunt vt dicunt quidam pꝛophete et ſapientes iſta non ignoꝛantes que in oꝛtu filioꝛum lugebant: ⁊ in moꝛte gaudebant. ſignificando ꝙ homo quando naſcitur ad moꝛtem diſponitur quā nullus poteſt euadere. ſed ſi moꝛiatur in gratia tendit ad vitam: ⁊ ideo in moꝛte pueroꝝ gaudebant. Hinc Eccꝉ. iij. dicitur. Unus eſt interitus hominū ⁊ iumentoꝛum: ⁊ equa vtriuſqꝫ conditio: quia omnes in terram reuertentur ⁊ moꝛientur. Secundo illa imago habuit ſagittam in manu ſua: in ſignum ꝙ ſagittarius aliquando percutit vltra metā: aliquando circa metam. Sic ſagittarius ipſius moꝛtis aliquando percutit hoīem in iuuentute: ⁊ aliquando in ſenectute: aliquando in optimo ſtatu. ⁊ ideo dicit ſapiens Eccꝉ. ix. Neſcit homo finē ſuum: ſed ſicut piſces capiuntur hamo: ⁊ aues laqueo compꝛehēdūtur: ſic capiuntur hoīes in tempoꝛe malo. Un̄ dicit Auguſtin⁹ libro de ciuitate dei. Qō moꝛs dꝛ mala dupliciter. Primo ex cauſa pꝛecedēte: que eſt mala vita. Un̄ dicit idē Auguſtinus. Non eſt putanda mala moꝛs quā preceſſerit bona vita. ⁊ ideo dicit. Quomodo poteſt male moꝛi qui bene viuit. Foꝛte dicitur ꝙ multi iuſti ⁊ martyres q̄ plurimi hoꝛribili moꝛte moꝛiebantur. Alij gladiis interempti. Alij a latronibus occiſi. Alij tyꝛannis iugulati: ⁊ alij aquis ſubmerſi. Certe moꝛs illoꝛum qui ī gratia moꝛiebātur/ nō poteſt dici moꝛs mala vel hoꝛrēda vel ſubitanea: ſed moꝛs bona: qꝛ vt dicit Pſalmiſta

Precioſa in conſpectu dñi: mors ſanctorum eius. Sed mors illoꝝ dicitur mala: qui moriuntur in peccato mortali: ⁊ male diu vixerunt. Et ideo dicit beatus Gregorius. Non poteſt bene mori: qui male viuit: ⁊ ſe nõ vult emendare. Secũda cauſa quare mors dicitur mala eſt propter penam ſequentem: ſcilicet eternalem ſi diſcedat ſine gratia. Tertio imago mortis habet faciem tyrannicam ⁊ terribilem: in ſignum ꝙ mors eſt vltimum terribilium: tertio Ethicoꝝ. ⁊ vnũquodq; reſoluitur in id de quo fiebat. Cum igitur corpus humanum fiebat de terra: in illam reſoluitur per mortem. ⁊ hoc fit quãdo anima ſeparatur a corpore: que ſeparatio vt dicit Auguſtinus. xiij. de ciuitate dei: eſt tam amara ꝙ nulla ratione exemplificari poteſt. Tanta enim eſt amaritudo ꝙ anima eam ſuſtinere non poteſt: ⁊ ideo fugit aduueniente morte. Hec mors eſt amara malis et diuitibus habentibus proſperitates ⁊ honores: qui nunꝙ cupiunt habere aliam vitam ꝙ̃ habent in preſenti.

¶ Et ideo dicitur Eccleſiaſtici. xli. O mors ꝙ̃ amara eſt memoria tua homini iniuſto: habenti pacem in diuitijs. Sed homini virtuoſo vel bonis et virtuoſis eſt dulcis ⁊ delectabilis. In cuius ſignum dicit Paulus ad Philippenſes. i. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. Hinc dicitur Eccleſiaſtici. xli. O mors ꝙ̃ bonũ iudiciũ tuum homini iuſto. ⁊ Ariſtoteles in primo de pomo facit rationes ſuis diſcipulis querentibus quomodo nõ deberent timere mori: oſtendens ꝙ non deberent mortem timere. Et primo ſic. Locus naturalis anime non eſt hic in terris: ſed ſuperius in celo: ſed ad hũc locum nõ poteſt venire dummodo mole corporis deprimitur

⁊ ideo vt aĩa habeat ſuũ deſideriũ: oportet vt ſeparet a corpore: ⁊ tũc aſcẽdet ad locũ ſuũ naturalẽ: videlꝫ ad celũ. Et ideo ſi fueritis iuſti ⁊ virtuoſi: magis debetis optare mortẽ q̃ vitam. Scd̃a ratio philoſophi eſt iſta. Uiri virtuoſi expectant remunerationẽ ꝓ meritis ſuis Sed hoc nõ datur in hac vita: igitur dabitur in alia vita poſt hanc mortẽ. Juſti ergo magis deſiderant mortem q̃ vitã: vt poſſint recipere ſui laboris mercedem. Hec Ariſtoteles. Et iõ dicit Hieronymus. Facile contẽnit oĩa qui ſemꝑ cogitat ſe morituꝝ. Unde hec mors debet frequẽter premeditari. Refert Johẽs elemoſynarius in vita ſua ꝙ fuit quidã imperator qui poſt coronationẽ ſuã ordinauit ꝙ artifices ſepulchri ſui portarẽt corã illo lapides marmoreos diuerſi coloris: ⁊ dicerent ſibi. O imꝑator elige de quo genere lapidis vis habere ſepulchrũ tuũ. Et hoc fuit factũ hac de cauſa: vt haberet in ſua memoria diẽ mortis ſue: ⁊ vt humiliter gubernaret populũ regni ſui. Et ideo inquit poeta

¶ Non poterit aliter melius caro viua domari.
¶ Mortua qualis erit q̃ ſemper premeditari.

Et hinc eſt quod dicit ſeneca epl̃a. vij. Quid eſt quod facit pigros ad moriendum. Et reſpondet ꝙ nemo noſtrum cogitat quando de hoc domicilio ſit migrandũ. Unde de hac morte loquitur Auguſtinus. xiiij. de ciuitate dei. Conſtat inquit inter xp̃ianos xp̃ianum fidem tenentes ipſam corporis mortem. non lege nature: ſed merito iuſticiam eſſe pro peccato primi parentis: quãdo deus vindicando peccatũ primoꝝ parentum dixit. Terra es: ⁊ in terram reuerteris: quapropter non imerito vita humana flori ſiue herbe comparatur: qui pri-

mo creſcit de terra poſtea floret: ⁊ tandem flos decidit
et in terrã vertit. Et ideo dicit Pſal. Mane ſicut her-
ba tranſeat: mane flo. ⁊c. ¶ In quo verſu vt dicit
gloſa diuidit Pſal. vitam humanã in terra: ſcʒ in pue
ritiã: adoleſcẽtiã: ⁊ ſenectutẽ. Tẽpore pueritie cõparat
hõ her be: qꝛ ſicut herba primo de terra ꝓducit: ſic ho-
mo de matre ſua naſcitur. et ideo dicit Pſal. de puero
ꝓgrediente primo in mundũ. Mane ſicut herba tran-
ſeat verſus mortẽ. Sʒ tpe adoleſcentie quo ꝓſperat i
honoribus et diuitijs tũc floret decorus ⁊ fortis: qꝛ icõ-
muniter tunc dicitur ꝙ eſt homo in ſuis floribus: ſed ⁊
tunc continue tranſit aduerſus mortem: ſicut ĩ mari na
uis aduerſus portũ: ⁊ ſicut ille qui iacet ĩ naui putat ſe
non moueri: et tñ cõtinue trãſit ad motũ nauis: ſic ado
leſcentes ⁊ iuuenes ꝯtinue tranſeunt ad mortẽ. Et di-
cit Pſal. Mane floreat ⁊ tranſeat. Mã adhuc ẽ mane
qꝛ iuuenis eſt: ſʒ tpe ſenectutis deciditur in infirmita-
tes diuerſas: qꝛ dorſũ ſuũ declinabit: ⁊ tũc efficietur ce
cus ⁊ claudus: ⁊ oĩbus onerosus ĩtantũ ꝙ eiꝰ filij ⁊ co
gnati ⁊ vxor ꝓpria eius morte deſiderabũt. Et iõ dicit
Pſal. Veſpere decidat induret ⁊ areſcat: decidit nãqꝫ
infirmãdo ĩduratur moriendo: ſʒ areſcit ĩ ſepulchro pu
treſcẽdo: cũ oſſa areſcẽt ⁊ eius caro in puluerẽ conuer
tetur: ⁊ tunc bene poteſt dicere qꝛ mũdus tranſit ⁊ cõ
cupiſcentia eius. i. Johannis. ij. ¶ Quam auctoritatem
exponens beatus Auguſtinus dicit. vtrum vis amare
temporalia ⁊ tranſire cum mundo: aut diligere dñm ⁊
ineternum viuere et nõ mori: et ſi ideo diligatis vitam
iſtam miſeram in qua ſunt tot miſerie ⁊ anguſtie quã-
tomagis debetis diligere illam vitam vbi nulla angu

ſtia nec miſeria inuenitur. Hec ille. Attende inq̄t idem Aug. ꝙ modo moritur vnus rex: mõ aliꝰ: mõ vnꝰ dux: mõ alius: vnꝰ comes: vnꝰ baro: vnꝰ pauꝑ: vnꝰ diues: nulli parcit: qꝛ eq̄ lege oĩa ferit: iux̄ qđ metrice ſcribit.

¶ Eſt commune mori: mors nulli parcit honori.
¶ Debilis et fortis venient ad limina mortis.

Iſtud bene conſiderauit Hugo de ſancto victore q̄ ſine licentia regis pr̃is ſui factꝰ fuit religioſus. Quo cõgto rex pater illius miſit ad abbatẽ monaſterij dicẽs ꝙ cõbureret monaſteriũ niſi vellet dimittere ſibi filiũ ſuũ. Stati abbas miſit ꝓ puero ⁊ dixit illi. Oportet te tranſire ad patrẽ tuũ: qꝛ aliter vult deſtruere nos. Cui r̃ndit Hugo. Rogo vt poſſiꝫ reſpondere patri meo ĩ hac materia: quo conceſſo: acceſſit rex ad monaſteriũ petens filiũ ſuũ. Stati puer accedẽs corã patre ſuo ⁊ iſto modo eũ allocutus ẽ. Pater eſt lex ĩ regno tuo ⁊ ſi potueris deſtruere illã legẽ exhibo religionẽ ⁊ tecũ ibo ad mundũ. Cui pater reſpondit. Que eſt illa lex. Reſpondit filius ⁊ dixit: ꝙ tã cito moritur iuuenis ſicut ſenex Cui pater hanc legẽ deſtruere nõ poſſũ cũ ſolũ ſit ĩ poteſtate diuina. Tũc dixit filiꝰ patri: cũ ergo moriar ⁊ neſcio qñ nec vbi: nec qua morte: p̄parabo me ad illam mortem nunc ſuſcipiendã. Quo audito rex receſſit ⁊ filiũ ſuum ĩ religionẽ manere ꝑmiſit. E Qꝛ igit̃ nullus ſcit qñ morietur: nec quõ/nec vbi: ſꝫ certus eſt quilibet ꝙ morietur. Cũ inq̄t Bern̄. nihil ẽ certius morte: nec aliq̄d ĩcertius hora mortꝭ. Bonũ ẽ igitur nos preparare ad mortẽ. Et hinc dicit beatus Grego. Propterea voluit dñs nos latere finem noſtrum: vt dum incerti ſumus quãdo moriemur ſemper parati ad mortem inueniri debea mus. Et iō dicitur Job.xiiij. Constituisti terminos ei⁹ q̄ preteriri non poterunt vltra diuinā ordinationē ꝓut exponit Grego.xij.moraliū. Non eni est in potestate hoīs ꝓhibere spm suū ne exeat de corpore/vt dr̄ Eccl.viij. Narrat Grego.sup euangel.omelia.xij.de quodaz nobili qui vocabatur Cesari⁹ qui fuit plenus vitijs ad extremū autem mortis veniens apertis oculis nigerrimos spiritus corā se assistere vidit vt alam eius ad infernū caperent. Qui cepit tremere pallescere ⁊ sudare ⁊ magnis vocib⁹ inducias mortis petere:in q̄bus vocibus moriebat. Et ideo ait Grego. Non ꝓpter se ista vidit sꝫ ꝓ nobis vt eius visio nobis ꝓficeret quos ad misericordiā diuina longanimitas expectat. F Et iō multū ē timendū nobis hora mortis.vbi maligni spiritus nos infestāt ⁊ nitunt̄ inducere in desperationem. Unde habetur in vita beati Bernar.q̄ cum infirmaretur vsq̄ ad mortem affuit diabolus ipsum accusans: dicens se nō habere titulum ad vendicandū celum ⁊ beatus Bernar.pro parte sua nihil perterritus respōdit. Fateor inquit q̄ non sum dignus ad habendum celum nec proprijs meritis ipsum obtinere possum. Sed Jesus christus duplici iure celum possidet. Habet enim ius hereditatis:quia filius patris celestis est: ⁊ habet ius emptionis sue ratione passionis. Primum ius sibiipsi retinet:et secundum ius generi humāo fideliter credendi in ipsum donauit. Ex cuius dono illud vendico ⁊ in hoc verbo diabolus recessit. Et ideo in hora mortis sperandū est valde ī diuina misericordia q̄r maligni spiritus tunc maxime occupant ac tentant nos. G Forte queritur nunquid preciosa sepultura vel pō pe exequiaꝝ iuuant aīas in purgatorio ad alleuiandū eaꝝ penas. Ad quā questioneꝫ respondet Aug.li.i.de ciuitate dei ca.xij. Pōpa inquit funeris agmina exequarū sumptuosa diligētia sepulture: viuoꝝ sūt solatia nō adiutoria mortuoꝝ. et si preciosa sepultura ꝓsit impioꝝ vilis vel nulla noceret iusto: quod falsū est. Et recitat hystoriā Augu. de Dyogene qui sepulturam penitus contēpsit. Vn̄ vt recitat Tullius in de tusculanis questionib⁹ iussit se ꝓijci in sterquiliniū. Cui amici ei⁹ dixerūt ꝙ a feris dilaniaretur. Quibus dixit. ponite iuxta me baculū quo feras abigā. Cui amici ei⁹ dixerūt ꝙ non sentiret baculū. Quid igitur oberit mihi nunc si fere corpus meū comedant cum illas non sentiā. Item narrat Gregorius.iiij.dyalogoꝝ de quadā muliere sepulta in ecclesia que fuit in vita sua mala in lingua: et tn̄ in opere bona. Nocte quadam visum fuit custodib⁹ ecclesie: ꝙ corpus suū secabatur ante altare cum quadam serra: ⁊ vna pars lingue comburebat: alia vero remansit illesa cuius cōbustionis signum apparuit ī crastino in marmoreo lapide. Ex qua hystoria patet vt dicit Gregorius. ꝙ preciosa sepultura in ecclesia non prodest animabus ī purgatorio nisi huiusmodi sepulti fuerint boni. Sed forte dicitur hic quomodo possunt anime existentes in purgatorio citius a pena liberari vel releuari. R Dicendum est ꝙ anime existentes in purgatorio tripliciter possunt releuari: videlicet ꝑ elemosynas ⁊ orationes ⁊ sacrificiū altaris. Primo ꝑ elemosynas ⁊ oratiōes. Hoc on̄dit.ij.Mach.xij. vbi habet quomodo Judas Machabeus misit duodecim milia dragmas argenti Hierosolimā offerri ea ibi pro pc̄tis mortuoꝝ iuſte ⁊ religioſe de reſurrectōe cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuperfluū videretur ⁊ vanum orare pro mortuis. Sancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt a pctis abſoluant. De his tribꝰ dicit Augu. in Eucheridion. Orationibus eccleſie ſancte ⁊ ſacrificio altaris et elemoſynis que ꝓ mortuis offerūtur nō eſt dubiū eos adiuuari. Et iō narrat Beda in geſtis angloꝝ. li. iiij. de quodā milite q̄ hēbat quēdā germanū abbatē q̄ ꝓ eo celebrauit miſſā eſtimās eū fore mortuū/ q̄ q̄tidie hora tertia diei ab oībus cathenis q̄bus erat ligatꝰ erat liberatꝰ ⁊ cathene rupte. Cūqꝫ cuſtodes carceris huius rei cauſā q̄rerent. Rn̄dit ꝙ tūc celebrauit pro eo germanꝰ ſuꝰ q̄ poſtea rediēs ī angliā narrauit oīa germano ſuo que ſibi acciderant. Si ergo ſacrificiū corporis xp̄i habuerit tātam efficaciam in hoīe quo ad vincula corporalia. quanto magis credendū eſt ꝙ ſoluat vincula penaꝝ in purgatorio. Conſimile narrat Grego. li. dya. de quodam ſacerdote que ſe ex more balneauit in fonte quodam: qui q̄tidie inuenit ibi vnū iuuenē ſibi miniſtrātē. Cui ſacerdos ꝓ ſuo ſeruitio portabat panez. Cui reſpondit iuuenis ille. Nō poſſū comedere panem. Ego eni ſū ſpiritus illius qui aliquando fuit dominꝰ iſtiꝰ domus ⁊ propter peccata mea punior: et ſi hunc panē volueris deo offerre ⁊ ſacrificare ꝓ me reuera liberabor Cui ſacerdos. Quomodo ſciam ꝙ ſis liberatus. Reſpōdit enim iuuenis. Quocunqꝫ die huc veneris ad balneandum te:et me non inueneris: ſcito firmiter ꝙ liberatus fuero. Facto igitur ſacrificio pro illo a ſacerdote illis diebus ille ſpiritus vltra non apparuit. Ex quibus ſequitur ꝙ aīe defunctoꝝ releuantur a purgatorio: vel a pena purgatorij ꝑ oratiões ſanctoꝝ. Que pena ſm̄ Augu. excedit omnē penam ſenſibilē huius vite. aīe ibidem exiſtētes tanta indigentia cōſtituūtur ꝙ nō poſſunt ipſos adiuuare cum ſint extra ſtatū merendi vel demerendi. I Sed chariſſimi timendum eſt ꝙ mortui poſſunt conqueri de tribus generibus hoīm videlicet maloꝝ eccleſiaſticoꝝ/ falſoꝝ executoꝝ/ ⁊ iniquoꝝ ſeu ingratoꝝ filioꝝ. Primo poſſunt conqueri de malis eccleſiaſticis qui bona mortuoꝝ male conſumūt in luxurijs ⁊ alijs peccatis: qui reddunt ſeipſos indignos vt exaudiantur a dño. Secūdo poſſunt conqueri de falſis executoribus qui bona mortuoꝝ diuidūt inter ſe: ⁊ aliquādo legata diminuūt: dando vix decē denarios vbi obligantur dare decē ſolidos: immo taliter aliquādo auferūt: ⁊ nunꝙ̄ aliq̄d dant ꝓ aīabus defunctoꝝ. Et tales ſunt ꝓditores defunctis: ⁊ a deo ⁊ hoībus excōicati ſunt. Unde habet in geſtis Karoli magni regis francie: ꝙ fuit q̄dam miles q̄ moriebatur in bello: ⁊ habuit vnū bonū equū quē tradidit vni ſibi familiari amico ad hunc affectū ꝙ venderet illū ⁊ daret precium ꝓ anima ſua. Quo mortuo cuſtodiuit equum penes ſe: ⁊ nihil fecit ꝓ anima militis. Tandem enim quadā nocte miles ſibi apparuit ipſum redarguendo ꝓ ſua infidelitate dicens ſic. Quia non feciſti ꝓ anima mea ſicut precepi tibi: ideo cras ſubitanea morte peribis. Qđ ⁊ factum fuit: quia die craſtina fregit collum ſuū ſuꝑ eundem equū. ⁊ ideo dicit ſcriptura Eccľ. vij. Mortuo ne ꝓhibeas gratiam. K Sed forte queris hic quibus mortuis ꝓficiunt ſuffragia eccleſie. Dicen dū ꝙ tria ſunt genera mortuoꝝ: quoꝝ aliqui vitā eternā lucrabunt̄. Aliqui ꝗ eadē vita priuant̄ eterna. ⁊ aliqui ſub ſpe vitā eternā preſtolant̄. Primi ſunt illi qui ab oī pctō ſunt imunes ⁊ ad nullā penā ſunt obligati. De quibus dꝛ Ecc .i. Timenti deū bene erit in extremis .i. in morte: ⁊ die defunctionis ſue benedicetur. Illi autē qui priuant̄ vita eterna: ſunt illi qui in mortalibus peccatis moriuntur. De quibꝰ dꝛ Prouerbioꝝ .xi. Mortuo homine impio: nulla erit vltra ſpes. Teriij ſūt qui decedūt ſine pctō ⁊ in gratia: attamen qꝛ hic nō impleuerunt penitētiā ad locū purgatorij mittūtur: ⁊ illis ſolūmodo ꝓficiunt ſuffragia eccleſie. Ex quibus patet ꝙ mors corporalis ⁊ naturalis quā nemo poteſt effugere: debet ſemꝑ premeditari. R Scd̄o principaliter dixi ꝙ eſt mors culpe que eſt fugienda. Dicit enī beatus Auguſtinus lib. ij. contra Maximianū: qđ anima humana licet in natura ſua ſit immortalis: tamē hꝫ modū ſuū moriendi: quia ſi iuſte viuat ⁊ poſtmodū in pctīs cadat: tunc morit̄ morte culpe. Et ſi fuerit peccatrix ⁊ poſtea peniteat: tunc moritur peccato. Ex quibꝰ patet ꝙ in aīa humana eſt duplex mors: vna eſt vicioſa quando moritur per peccatum: ⁊ alia glorioſa quando morit̄ peccato: ⁊ deficit peccatū. Unde prima mors non eſt multum periculoſa: cum non eſt vere mors: qꝛ ſm̄ beatum Gregoriū .iiij. moraliū capl̄o. xiij. Mors carnis reſpectu mortis anime eſt niſi vmbra. Et probat illud per dictum Pſal. qui dixit in perſona martyꝝ pro chriſto morientium morte corporali. Humiliaſti nos in loco afflictionis: ⁊ cooperuit nos vmbra mortis. Et bene dicitur mors corporalis vmbra. Dicunt enī aſtro logi ꝙ homo exiſtẽs directe ſub ſole ex nulla parte facit vmbꝛam: ſed ſtans contra ſolem ſtatim facit vmbꝛam. Moꝛaliter pꝛimus parens quando fuit in ſtatu innocentie obſeruando diuinũ pꝛeceptum: ſtetit directe ſub ſole iuſticie.i.deo: ⁊ non habuit vmbꝛa moꝛtis: quia dicit Auguſtinus. Pꝛimus homo ſi nũꝙ peccaſſet: deus ab initio nunꝙ moꝛtem exegiſſet. Sed quando ſtetit contra ſolem.i.quando ſtetit contra pꝛeceptũ dñi: ſtatim ꝓculdubio fuit coopertus vmbꝛa moꝛtis: ⁊ hoc fuit ſibi p̄ceptum a deo Geneſ.ij. In quacunqꝫ die comederitis de ligno vite: moꝛte moꝛiemini: quantum ad animã: quia tunc non moꝛiebantur ſm coꝛpus: ſed vixerunt poſtea per multos annos. ſed tunc pꝛimo inceperunt moꝛi moꝛte coꝛpoꝛali: ⁊ omnes ex his ꝓcedẽtes tunc pꝛimo inceperunt eſſe moꝛtales. Sed hic queritur quare dñs p̄ſeruauit Enoch ⁊ Helyam a moꝛte coꝛpoꝛali vſqꝫ ad finem mundi. Ibi reſpondet Auguſtinus in lib. de mirabilibus ſacre ſcripture: ꝙ hoc fecit ad oſtendẽdum homini qđ ſi nõ peccaſſet vita ſine moꝛte ineternũ vixiſſet: dato tamẽ ꝙ iſti longo tempore viuant: debitũ tamen moꝛtis perſoluẽt ante iudiciũ. Hanc moꝛtẽ tẽpoꝛalẽ deſcribit Johẽs Apocalipſis.vi. dicẽs ꝙ cũ agnus aperuiſſet ſigillũ quartũ: vidit equũ pallidũ: ⁊ qui ſedebat ſuper illũ nomẽ illi moꝛs: ⁊ infernus ſequebatur eũ. Spiritualiter per iſtũ equũ intelligo peccatoꝛẽ qui eſt pallidus ꝓpter defectuꝫ gratie. Et qui ſedebat ſuper eum diabolus eſt qui ducit peccatoꝛẽ de peccato in peccatũ. Nomẽ illi moꝛs: quia vt dicit Gregoꝛius.iiij.moꝛalium. Diabolus moꝛtem intulit: ⁊ ideo moꝛs vocatur. Infernus ſequebatur eũ in ſignum ꝙ illis qui ſeipſos occidunt morte ſpirituali: infernus eſt paratus ad deuorandū eos. quia dicit pſal. Mors peccatoꝝ peſſima. Ecce ergo cum mors iſta eſt ita periculoſa: illam fugiamus: ⁊ moriamur peccato q̄ eſt mors gratioſa. Abſtineat ergo vnuiquiſqꝫ decetero a peccatis. ⁊ tūc de nobis dici poteſt illud ad Coloſſenſes. iii. Mortui eſtis ⁊ vita veſtra abſcōdita eſt cū xp̄o in deo. M Sed chariſſimi ſi voluerimus mori peccato: oportet ꝙ carnem noſtram per penitentiā mortificemus: ⁊ ipſius concupiſcētias refrenemus. quia dicit apoſtolus ad Romanos. vij. Uideo aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis mee: ⁊ captiuitantē me in lege peccati. Et oportet carnem acriter punire: ⁊ eius deſideria deſtruere. ⁊ ſic conſulit apoſtolus ad Coloſſenſes. iij. Mortificate mēbra veſtra que ſunt ſuꝑ terrā. Dicit enim Bartholomeus de ꝓprietatibus rerum lib. xvij. ꝙ radix edere quāuis i ſe ſit mollis: tamē ferrū ⁊ alia metalla penetrat que ſunt dura. Modo conſimili caro noſtra quāuis in ſe ſit debilis et miſera: eius tamē cōcupiſcētie ⁊ delectatiōes animas ſanctoꝝ ⁊ perfectoꝝ penetrant ⁊ inducūt ad mortē ſpiritualē. Ut patet de Dauid qui viſa muliere in ſuo ſolario cōmiſit adulteriū. vt ptz. ij. Regū. xi. ⁊. iii. Reguꝫ. xi. de Salomone qui infatuatus eſt per mulieres: ⁊ ſic de alijs ꝙ̄plurimis. Et niſi carni reſiſtamus: ⁊ eius cōcupiſcentias mortificemus per opera penitentie: moriemur morte peccati. Teſte apoſtolo ad Romañ. viij. Si ƀm carnem vixeritis moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. N Unde pctm̄ mortale poteſt dici mors diuerſa ratiōe. Prima eſt: q̄a

⁊ ordinauit ſe tali loco interfecturū: ⁊ tamē ꝓpe locum priuilegiatū ꝙ ſtatim qn̄ interfecerat eū poſſet libere ⁊ ſine īpedimēto ingredi locū priuilegiatū: vbi ſm̄ priuilegia loci ſaluaret a morte. ſicut cogitauit ſic fecit. Uenit poſtea iuſticiarius dn̄i regis īquirēs diligēter quō homo interficiebat: ⁊ cū audiſſet ꝙ homicida ille abuſus eſt priuilegio loci in quo fuit: ⁊ ī eo ꝙ occidit hoīez ꝓpter audaciā ꝙ eſſet ſaluatus in loco priuilegiato cū ad eū fugiſſet: ſtatim iuſticiarius precepit eum adduci ad ſe: ⁊ ſedēs ꝓ tribunali adiudicauit eū morti: ⁊ dānatus eſt ꝓ homicidio. ⁊ ꝓ eo ꝙ abuſus eſt priuilegio loci nō eo gaudebat. Ad ꝓpoſitū noſtrū ſpūaliter priuilegiū qḋ cōcedit xp̄i ſanguini ⁊ paſſioni ad ſaluādū homines ad eū fugiētes a morte eterna nō cōceditur: niſi his ꝗ ex ꝓpria fragilitate cadūt ī pctā: ſed illi ꝗ peccāt in ſpe ꝙ erūt ſaluati virtute paſſionis xp̄i ⁊ ſāguinis: ⁊ iō nō curāt in qḋ pctm̄ cadāt: nec ꝙ̄diu in pctīs iaceāt: cuiuſmodi ſūt ꝗ dicūt. qcq̄d enī fecerimꝰ deus ꝗ ita care nos redemit p̄cioſo ſuo ſanguine: nō vult ſinere nos ꝑdi ꝓ aliquo. Et ꝓ hac ſpe audaciores ſūt ad diutius peccādū ⁊ ad diutiꝰ manēdū in ſuis pctīs. Dico talibꝰ breuiter ꝙ nō ē aliqs talis ꝗ ſaluabit virtute vel priuilegio xp̄i ſāguinis: niſi habuerit grāz maioris ꝯtritiōis q: ſicut p̄dixi priuilegiū cōceſſū xp̄i ſanguini ⁊ paſſioni ad ſaluādas aīas a morte eterna eſt datū: niſi ꝓ his ꝗ ex fragilitate peccāt: ⁊ poſtea cōterunt ⁊ cōfitent pctā ſua: ⁊ deinde fugiūt ad has qnq; ciuitates: ſcꝫ xp̄i qnq; vulnera ꝑ memoriā xp̄i paſſionis. Illi ſūt ꝗ ꝙ̄diu tenuerūt ſe intra iſtas ciuitates ꝑ ꝯtinuā memoriā xp̄i paſſionis ⁊ quā habent de xp̄i paſſione ſaluabunt a morte ꝑpetua: ⁊ nulli alij vſi habuerint gr̄am maioris cōtritionis. Sed redeūdo magis ad ꝓpoſitū nr̄e cōcluſionis ꝓbat᷑ ꝙ xp̄i ſanguis vnit ⁊ cōcordat deū ⁊ hoīes q̄ erant diſcordes. Hec eſt cōis cōſuetudo dn̄oꝝ: ꝙ q̄n duo dn̄i fuerūt diu diſcordes ⁊ debēt cōcordari ad faciēdū durantē cōcordiā: vtunt᷑ iſto modo faciēdi. Vadunt ⁊ alligant cōſanguineos ſuos ⁊ cognatos ⁊ cognatas ꝑ matrimoniū ſimul. ⁊ ſi non fiat diuortiū: illud matrimoniū eſt vinculū ꝑpetue pacis inter eos ⁊ cauſa. Si aūt fiat diuortiū inter eos ſicut pōt cōtingere: tūc eſt cauſa maioris diſcordie inter eos q̃ prius fuit. Modo ad ꝓpoſitū noſtrū inter deū ⁊ peccatorē rōne pc̄ti mortalis fuit longa diſcordia: ⁊ iō ad faciendū durantē cōcordiā iter deū ⁊ hoīem bonū eſt facere affinitatē inter deū ⁊ hominē ꝑ matrimoniū: ⁊ hoc erit illa affinitas ꝙ memoria humana ⁊ xp̄i ſanguis deſponſant᷑ ſimul: ⁊ quādiu illud matrimoniū nō fuerit diuortiatū durabit pax iter deū ⁊ hoīem. Si aūt fiat diuortiū inter memoriā hoīs ⁊ xp̄i ſanguinē ⁊ paſſionē: illud diuortiū erit cauſa maioris diſcordie ⁊ vindicte q̃ vnq̃ fuit prius inter deū ⁊ hoīem. Et iō vt poſſitis euadere vindictā dei: nūq̃ permittatis diuortiū fieri inter xp̄i paſſionē ⁊ veſtram memoriā. Cū hoc cōcordat hiſtoria Exodi. xij. vbi inuenio ꝙ fuit quōdā magna diſcordia inter deū ⁊ hoīes egypti ꝓpter malā vitā ſuā: inter quos manebāt filij iſrael dei electi: q̄ renuerūt vitā malā ⁊ modū viuēdi egyptioꝝ: ⁊ dederūt ſe bone vite. Et cogitās deus vindicare ſe de oībus egyptijs ꝓ ſua iniq̄tate ⁊ ꝑdere: filijs autē ſuis q̄ manſerūt inter eos ꝓ ſua bonitate dedit tale ſignū. Precepit eis ꝙ acciperēt agni ſanguinē quo vn ſicut mortuus primo infirmatur: ſecundo moritur: et tertio induratur ſeu ſepelitur. Sic anima humana primo per peccatū infirmatur in delectatione peccati. Unde dicit Philoſophus .iiij. Ethicorum ꝙ delectatio declarat qualis eſt homo in conditionibus. Si ſit virtuoſus delectatur in virtuoſis. Si ſit vitioſis delectatur in vitioſis. Secundo anima moritur per conſēſū. Jacobi primo. Peccatum cum conſūmatum fuerit: ſcilicꝫ per conſenſum generat mortem. Tertio anima in peccato induratur per conſuetudinem. Quia dicit Anſelmus in libro de ſimilitudinibus: ꝙ indurati in peccatis comparantur cere que non poteſt recipere formam quando eſt dura: ſic ſimiliter homines indurati non recipiūt imaginem virtutis et gracie: et ſic ſepeliuntur totaliter in peccato. Et ideo hanc mortem fugiamus: qꝛ eſt damnabilis ⁊ periculoſa. Tertio principaliter dixi ꝙ mors eſt eterna: videlicet pena infernalis et hec eſt timenda Dicit enim Philoſophus ſecundo Phiſicorum: ꝙ q̄libet qui operatur debet videre finem: quia finis licet ſit vltimum in executione debet eſſe primum in intentione: quia ſi finis ſit bonus: ipſum totum bonum eſt. et ſi finis ſit malus: ipſum totum malum eſt. Finis virtutis eſt premium eternum. Finis peccati mors eſt eterna. Et hec mors eſt paſcua peccatorum ī inferno quia vt dicunt doctores. Damnati ſemper deſiderabūt mortem ⁊ tamen fugiet mors ab eis. Et quanto maior ē numerus damnatorum: tanto maior eſt pena ⁊ paſcua illorum: quia vt dicit Pſalmiſta. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Et bene dicit ſicut oues vnde ſicut oues in paſcuis corrodunt ſummitates her barum ⁊ non radices: et ideo postmodum herbe iterū crescunt. Sic est de penis dānatoꝝ quanto diuersis penis anime patiunꝭ in inferno: tanto maiores pene crescūt continue ⁊ nunꝗ deficiūt. Quia modo sūt in flammis ignīū. mō in maximis frigoribus niuiū: mō a demonibus baculantur: mō audiūt stridores dētium: mō voces vlulātium/ ⁊ ideo ibi est continua mors ⁊ pena dānatorum. Vñ apl's ad Roma. vij. Stipendiū pcti mors ē. Videlicet mors secunda et eterna. ❡ Habet in vita scti Hiero. ꝙ Eusebius episcopus scripsit btō Augustino yponensi episcopo in quadā epistola: ꝙ illa heresis fuit introducta inter grecos: ꝙ anime dānatorum non essent cruciande penis infernalibus vsꝗ ad diem iudicij. Et ratō illoꝝ fuit illa: qꝛ sicut aīa peccauit cum corpore sic ⁊ punieꝭ cū eo Sꝫ beatus eusebius ꝗ fuit discipulus beati Hieronymi multū condoluit de illa pestifera heresi: et ideo rogauit dn̄m vt dignaretur istam heresim infra breue destruere. Cui apparuit beat⁹ hieronymus dicens. Ne timeas qꝛ istā heresim infra breue destruam. Contigit aūt illo tēpore ꝙ tria mortuoruꝫ cadauera iacebant inhumata ī ciuitate in qua beatus Hieronymus sepeliebaꝭ: que beatus Eusebius posuit iuxta sepulchrū scī Hieronymi ad preceptum eius ⁊ accepit saccū quo beatus Hieronym⁹ vtebaꝭ ⁊ posuit super cadauera: ⁊ statim coram toto populo ciuitatis surrexerunt. Et vt ille refert beatus Eusebius quesiuit ab vno illorum de penis inferni. qui dixit. Oēs pene ⁊ omnia tormenta que in hac vita patiuntur solatia sunt respectu illorum. Mallet enim quisꝗ si illas penas nosceret vsꝗ ad finem mundi cruciari et omnes penas ſuſtinere quas oēs hoīes ab Adam vſq; ad finē mundi pertulerūt q̄ vna die eſſe in inferno. Et ſic ꝑ dicta illorum triū reſuſcitatoꝝ ceſſauit illa hereſis. Igitur iſta mors multū timenda ē quia eterna. Unde Grego. xix. moraliū pertractans illud. Ubi nullus ordo ſ; ſempiternus horror inhabitans inqͭt ſic. Ibi cruciatus ſine termino q: nō h; finem: ſed ſemper īcipit ⁊ deficere neſcit Ibi mors ſemꝑ ꝑimit ⁊ non extinguit dolorē: dolor cruciat ⁊ pauorē nō fugat: flāma cōburit: ſ; tenebras ñ diſſoluit. Et hinc eſt quod dicit beatus Auguſtinus libro octauo confeſſionū. Nulla maior eſt tribulatio q̄ ꝯſciētia peccatoꝝ in inferno: vbi horribilis viſio demonum: ignis inextinguibilis ⁊ intolerabilis. et iō de inuidis et execratis ⁊ incredulis ydolatris mendacibus ⁊ generaliter oībus peccantibus mortaliter loquitur ſcriptura. Apoca. xxi. Pars illoꝝ erit in ſtagno ardenti igne et ſulphure. O quantus ē dolor dānatoꝝ qui ſēper ſine fine erunt in luctu et gemitu: q: ſicut dicit Bern. in ſuis meditationibus. Tūc ſeparabūtur iuſti a conſortio īiuſtoꝝ. ⁊ mali erūt poteſtati demonū deputati ad cōburēdū in igne eterno. Igit̄ illa eterna mors eſt timēda: et penitentia ante mortē eſt agenda vt vitam habeamus eternam. Quam nobis concedat. ⁊c̄.

¶ Sermo de eodem.

Moritur Chriſtus. Pro proceſſu ſermonis eſt breuiter notandū ꝙ mors chriſti habuit tres conditiones ſiue circunſtantias. Fuit enim īiurioſa quia fuit morti adiudicatus ex inuidia. Doloroſa quia fuit plena amaritudine: et pena. Et precioſa quia fuit plena humilitate et beniuolētia. P Pro mo dico ꝙ mors chriſti fuit iniurioſa: ꝛ hoc ex peruerſitate iudicij. Unde chriſtus fuit adiudicatus primo corã duobus prelatis Anna ꝛ Caypha. Secundo corã duobus principibus ſcȝ Herode ꝛ Pylato. Nã duct⁹ fuit ad Annã qui interrogauit eũ de diſcipulis ſuis ꝛ de doctrina eius ꝛ quia informabat populũ vtrum predicabat contra legẽ iudeorum an non. Cui reſpondit chriſtus. Ego palam locutus ſum mundo ꝛ in occulto locutus ſum nihil: ſed in ſynagoga ꝛ in templo quo omnes iudei conueniũt. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt. Hoc enim cum dixiſſet vnus miniſtrorum pontificis aſſiſtens dedit ei alapam dicẽs. Sic reſpondes pontifici? quaſi diceret cum ſuperbia ꝛ ſine reuerentia reſpondes. Ecce quomodo inuidioſe et malicioſe ac peruerſe acceperũt iudei xp̄i reſponſionem. Ipſe enim humiliter reſpondebat nolens ſeipſũ commendare ꝛ ipi in ſup̄biam ꝯuerterunt. Secũdo adiudicatus fuit iniurioſe coram Caypha: ꝙ fuit blaſphem⁹ quia dicebat ſe filium dei eſſe. Et chriſtus interrogat⁹ a Caypha vtrum eſſet filius dei. dixit. Tu dixiſti. quia ego ſum ſcilicet filius dei. et pro hac veritate adiudicatus eſt morti ꝛ hoc iniurioſe. Unde dixerunt Iudei illd Johannis. xix. Nos legem habemus ꝛ ſecundum legẽ debet mori: q: filium dei ſe fecit. Et ſcribitur Luce. xxij. Uiri q̄ tenebãt ieſũ illudebãt ei cedentes. Et velauerũt eum ꝛ percutiebant faciem eius. ꝛ interrogauerũt eũ dicentes. Prophetiza: q̄s eſt qui te ꝑcuſſit. Et Mathei xxvij. habetur. Et expuentes in eum acceperunt arundinem: ꝛ ꝑcutiebant caput eius. Unde hic eſt notandum ꝙ duplici de cauſa velauerunt faciem eius:

gerent ſuꝑ liminaria ⁊ alterū poſtem hoſtioꝝ domoꝝ in q̄bus manebāt: ⁊ ꝑ illud ſignū euaderēt vindictā filij Iſrael quā deus cogitauit egyptijs inferre inter q̄s māſerūt: ⁊ ſicut deus eis precepit fecerūt. Contigit ꝙ deus accepit magnā vindictā de egyptijs: ſed vbicūq; deus vidit illud ſignū ſanguinis factū ibi parcebat et nō accepit vīdictā: ⁊ vbi nō vidit illud ſignū ſanguinis factū ibi accepit vindictā. Modo ad ꝓpoſitū ꝑ egyptū qḋ interpretat̃ tenebre: intelligo mundū iſtū plenū tenebris vicioꝝ: in quo ſimul manent boni hoīes ⁊ mali. De malis aūt vult deus vindicare ꝓ ſua iniquitate: ⁊ poſſunt bene vocari egyptij. Boni vero bene vocātur filij iſrael. his eni vult bonū facere ꝓ ſua bonitate. Iō Eccľ. xij. dr̄ ꝙ impijs ⁊ pctōribus reddet deus vīdictā cuſtodiēs bonos in die vindicte. Sed ſignū ꝑ qḋ cuſtodiant̃ boni a dei vindicta: eſt hoc ꝙ accipient ſanguinē agni: ⁊ ponēt ſuꝑ liminare ⁊ ſuꝑ alterū poſtem domoꝝ ſuaꝝ: qꝛ ꝑ hoc ſciet vbi accipiet vindictā ⁊ vbi nō: hoc eſt dictū. debetis intelligere ꝑ oſtiū aīe ꝑ qḋ vicia ⁊ virtutes igrediunt̃ ⁊ egrediūt̃. Et ſit hoc oſtiū ex tribꝰ: ſcȝ memoria / intelligētia / ⁊ volūtate. Memoria eſt q̄ſi liminare. Intelligētia ⁊ volūtas q̄ſi duo poſtes oſtij. Sanguis agni cum quo memoria ⁊ intellectus debēt vngi quaſi duo poſtes: eſt xp̄i ſanguis imaculatus effuſus iſto die ad poſtes aīe tue vngendū ⁊ ad te redimendū ⁊ mundandū. Si igit̃ vis vt deus parcat tibi qn̄ capiet vindictā de inimicis: vngas memoriā ⁊ intelligentiam tuā xp̄i ſanguine ꝑ intimā memoriā ⁊ ꝑfectā intelligētiā xp̄i ſanguinis ⁊ paſſionis in aīa tua: qꝛ ita ſecure ſicut tu es homo in die iudicij qn̄ deus capiet vindictaȝ de peccatoribus vbicūqꝫ illud ſignū ſanguinis factum in aīa humana fuerit ſibi parcet nō capiēs vīdictam: ꝛ vbi nō videbit illud ſignū ſui ſanguinis factū in aīa humana ibi capiet vindictā. Et ideo ſi aliquis veſtrū relinquat vicioſam vitā ſuā ꝛ ꝑ bonā vitā faciat ſeipſum de filiis iſrael: ꝛ in hoc ſignū. ꝙ ſicut vnus de filiis iſrael ſignet vitā ſuā ꝑ memoriā ꝛ intelligentiā de xp̄i ſanguine ꝛ paſſione quā amodo habebit de iſta paſſione: tunc iſte euadet illā vīdictā in die iudicii. Et ideo ſi aliquis veſtrū in vicioſa vita fuerat ante illa tēpora ſicut egyptii: cōſulo ꝙ relinquat vicioſā vitā ſuā efficiēdo ſe ip̄m de filiis iſrael. Et tūc licet deus ꝛ ip̄e ꝓpter malā vitā ſuā fuerūt diſcordes ante: modo tn̄ ꝓpter matrimoniū xp̄i ſanguinis cū memoria ſunt cōcordes ꝛ vniti Et ideo illis pctōribus q̄ ſic cōcordant virtute xp̄i ſanguinis loquit̄ apl̄s ad Ephe͛. ii. dicens. Vos inquit q̄ aliqn̄ eratis longe: facti eſtis ꝓpe in ſanguine xp̄i. Et ſic verificatur ſcd̄a concluſio. ¶ Tertia ꝯcluſio eſt iſta Sanguis xp̄i ꝛ memoria ipſius ꝑ nobis effuſi ducit homines ad viā ſalutis. Debetis intelligere ꝙ via ducēs hoīes ad celū eſt via penitētie. Et ideo Johānes baptiſta docuit viā verſus celū. Math. iii. dicens. Penitentiā agite: appropinquabit enī regnū celoꝝ. Hec eſt illa via penitētie de qua loquitur Jſaias cap̄. xxx. Hec eſt via ambulate in ea: ꝛ non declinetis neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtrā: nimis modicā faciendo penitentiā: nec nimis magnā: ſed tenebitis vos in medio: quia in medio cōſiſtit virtus: ꝭm philoſophū. ii. Ethicoꝝ. Et attendite ꝙ ſup̄ hoc qd̄ dicitur. Hec eſt via: debetis intelligere ꝙ in iure ciuili differentia eſt inter hos tres

Una cauſa fuit vt illuderent ei. Secũda cauſa fuit vt libere ſine pietate percuterent eum. Unde dicit quidã poſtillator. ꝙ tante benignitatis erat facies ſua: vt videntes illam vix poſſent ſibi male velle: ⁊ ideo velauerunt faciem eius. Et hinc dicitur Johis. xviij. ꝙ nocte ⁊ in obſcuris cum laternis ⁊ fuſtibus ⁊ armis venerũt ad comprehendendum eũ. Et cauſa fuit: quia ſi veniſſent per diem: et clare vidiſſent eius faciẽ / aut terrore eiꝰ fugiſſent / aut decore vultꝰ eius allicerẽt ad amorẽ eius. Tertio fuit iniurioſe adiudicatus coram Herode quaſi eſſet fatuus. Unde miſſus fuit a Pilato ad Herodẽ cupientẽ ab eo aliqđ ſignũ videre. ⁊ qñ venerat coram illo nihil reſpõdit: ⁊ ideo tanꝗ̃ fatuus reputabatur. In cuius ſignũ dicitur in euangelio. Spreuit eũ Herodes cũ exercitu ſuo: ⁊ remiſit illum ad Pilatum indutũ veſte alba. Q Quarto fuit iniurioſe iudicatus ſub Pilato qui quadruplex habuit teſtimoniuꝫ ꝙ fuit iuſtus. Primum habuit de Juda proditore dicente. Peccaui tradendo ſanguinem iuſtum. Secundum teſtimoniũ habuit ab vxore Pilati que miſit Pilato litteram hec continentem. Nichil tibi et iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum ꝓpter illum. Tertium teſtimonium habuit ab ipſo Pilato dicente Nullam cauſam mortis inuenio in illo. Luce. xxiij. Et non obſtante ꝙ ſciuit illum iuſtum: tamẽ iniuſte condẽnauit eũ morti. Si forte dicas que fuit cauſa illius dãnationis. Reſpondetur ꝙ per ſeriem euangelij quattuor cauſas obũciebant contra eum. Prima cauſa fuit: quia ille ſubuertebat legem eoꝝ. Secunda fuit: quia ꝓhibebat tributa dari ceſari. Tertia fuit quia vocauit ſeip̄m filium dei. Et quarta fuit: quia dicebat ſeipſum eſſe regē. Unde quo ad primā cauſam iniuſte accuſauerunt eū: qꝛ erat doctor veritatis: ⁊ dicebat. Mathei. v. Non veni ſoluere legē: ſed adimplere. Quo ad ſecūdā cauſam falſe accuſauerūt eū: quia vt habetur Mathei. xxij. Judei querebant ab eo an licet dare cenſum ceſari an non. Qui dixit eis finaliter reſpondēdo. Reddite que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſūt dei deo. Quo ad tertiam cauſam pretenſam falſe accuſauerunt eū ⁊ iniuſte: quia vt dicit Auguſtinus. Pilatus vidit in eius facie ⁊ inueniebat ī eius corde ꝙ eſſet filius dei: ⁊ ideo timuit eum interficere: ⁊ voluit eum liberare. Sed cuꝫ dixerunt ei iudei. Si hunc dimittis non es amicus ceſaris. Tūc pilatus ne priuaretur honore ⁊ officio ſuo: ⁊ ne accuſaretur apud imperatorem: tradidit eū morti. Quo ad quartam cauſam ꝙ dicebant eum eſſe regem: multum curauit Pilatus: quia prohibitum fuit iudeis a romanis qui tunc ipſis dominabantur: ꝙ nullus diceret ſeip̄m eſſe regem: niſi eſſet inſtitutus ab ipſis romanis: ⁊ ꝓpter hanc cauſam queſiuit ab eo ſi eſſet rex. Et reſpondit xp̄s. Regnum meum non eſt de hoc mundo. ⁊ ſic aſſerens ſe eſſe regem: non dixit aliquid contra legem eoruꝫ. Ex quibus ſequitur ꝙ mors xp̄i fuit iniurioſa: quia ex inuidia ⁊ ſine cauſa iudicauerunt eū morti: quapropter xp̄s dicere potuit illud Danielis. xiij. Ecce morior cum nihil horum fecerim. Secundo principaliter dixi ꝙ mors xp̄i fuit doloroſa: quia fuit plena acerbitate ⁊ pena. Dicit enim Bonauentura ſuper tertiū ſententiarū: ꝙ tria fecerunt xp̄i paſſionē doloroſam. Prima fuit cauſa paſſionis. vnde nullā mortis causã inuenerũt in eo iudei.⁊ ideo nõ ꝓ ſua culpa:ſed pro peccato generis humani mortem ſuſtinuit. Iſaie.liij. Vere languores noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. ℞ Secũdo mors xp̃i fuit doloroſa:quia in omni parte fuit punitus. Nam in eius corpore fuit pedum ⁊ manuũ confoſſio cũ clauis acutiſſimis.latus ſuũ fuit lancea apertum ⁊ dilaceratum: corpus vero eius prius flagellatũ extentum erat ſtricte ſuper crucem:intantũ ꝙ omnia oſſa eius poſſent dinumerari.⁊ ſic vt dicit Iſaias propheta. A planta pedis vſq; ad verticem capitis nõ fuit in eo ſanitas. Hic queritur quare latus xp̃i fuit apertum poſt mortem ⁊ non ante quis ſenſit dolorem ipſius vulneris: non xp̃s pendens ibi.quia anima receſſit a corpore: nec diuinitas/nec angeli: quia impaſſibiles erant/ nec diſcipuli: quia omnes in fide tempore paſſionis xp̃i dubitabant. ⁊ ideo minus diligebant:⁊ ex conſequente minus ſentiebant/nec iudei:quia ipſum morti tradendo gaudebant/nec diabolus:qꝛ ad ip̃m occidendum iudeos inſtigabat. Quis ergo ſenſit? Dico ꝙ beata virgo Maria dolorem ipſius vulneris ſenſit:cuius aĩam gladius pertranſiuit. Iuxta illud Luce.ij. Et tuam ipſius aĩam pertranſibit gladius. Et ideo quando queritur quare xp̃i latus fuit apertũ poſt mortẽ ⁊ non ante : dico ꝙ in latere xp̃i crucifixi omnia ſacramenta eccleſie ſumpſerunt efficaciam.⁊ ideo hoc factum fuit propter figurã. quia ſicut eua facta fuit de latere ade dormiẽtis: ſic de latere xp̃i dormientis in cruce formata fuit mater eccleſia.vt ꝓphetia impleretur que dicit. Videbũt ĩ quẽ tranſfixerunt. Vnde ſm ſanctos doctores chriſtus ineternũ ſeruabit cicatrices vulnerũ: vt iuſti videãt quanta charitate ſunt redempti. ⁊ iniuſti videãt in die iudicij quantã crudelitatẽ exercebãt in filiũ dei. S De inde querit quare prius exiuit ſanguis: ⁊ poſtea aqua Rñdetur ꝑ Philoſophũ ꝙ in coꝛde humano ſunt due camere vel receptacula. Una eſt exterius in q̃ eſt aer. Alia eſt interioꝛ in qua eſt ſanguis. ⁊ ideo q̄a coꝛ erat diuiſum ꝑ mediũ: exiuit pꝛimo ſanguis: ⁊ poſtea aqua Ex q̄bus pꝫ ꝙ moꝛs xp̄i fuit plena acerbitate ⁊ pena Et hinc iquit xp̄s illõ Trenoꝝ. i. O vos oẽs q̄ trãſitis per viam: attendite ⁊ videte ſi eſt doloꝛ ſimilis ſicut doloꝛ meus. Dicit enĩ beatus Bernardus in ſuis meditationibus. ꝙ qñ xp̄s fuit adiudicatus moꝛti. pꝛimo flagellauerũt eũ quouſqꝫ ſanguis ex omni parte coꝛpoꝛis afflueret: ⁊ tũc induerũt eũ clamide coccinea: qua fuit indutus qñ Pilatus adiudicauit eum. quo tempoꝛe veſtis illa conglutinata fuit carni: ⁊ ſanguis eius fuit infrigidatus: qui poſt ſententiã moꝛtis datã exuerunt eũ illa clamide cum qua traxerũt totũ coꝛpus: et induerunt veſtimentis ſuis: ⁊ duxerunt eũ per ciuitatem vt crucifigeret ad locũ caluarie: q̄ erat locus deputatus ꝓ malefactoꝛibus legis. Sed hic queritur quare induerũt eũ veſtimentis ſuis: quibus ſpoliauerunt eũ pꝛius. Rñdetur ꝙ hoc fecerũt vt ductus ꝑ ciuitatẽ ad moꝛtẽ magis cognoſceret in veſte ꝓpꝛia q̄ꝫ aliena: vt dicit doctoꝛ de lyra. T Hic querit quare xp̄s cũ fuit oĩpotens nõ potuerit crucẽ ſuã poꝛtare: ſed cecidit ſub cruce. ⁊ tũc vt dicitur in euangelio angariauerunt Symonem. i. cõpellebant crucẽ ſuã poꝛtare. Reſpondet ꝙ xp̄s fuit ita fatigatus ex laboꝛibus ⁊ vigiijs ⁊ tantum effuderant de ſangnine in coronatione et flagellatione ꝙ fuit totaliter tabefactus ⁊ exinanitꝰ in tantū ꝙ defecit in portando tantū pondus. Alia cauſa fuit vt habet᷑ in euangelio nazarenorum ꝙ qñ xp̄s fuit ductus ꝑ ciuitatem tantꝰ fuit cōcurſꝰ populoꝝ ſequēs eū ad ſpectādum ꝙ mater eius nō potuit ad eū attingere nec eū aſpicere:ſꝫ crinibus totaliter reſolutis clamando ⁊ flendo aliā viā eripuit:⁊ ſubito in angulo cuiuſdā platee ei obuiabat:⁊virgo videns filiū ſuū nudū cruentatū ⁊ crucē magne ⁊ mire magnitudinis baiulātem pre timore conſternata in terrā corruit. Filius aūt videns benedictā matrē ſuam corruētem ſentiens magnitudinē doloris illius vlterius non habuit vires: ſed corruit de virtute ⁊ fortitudine corporali. Sed forte hic queritur quare chriſtus voluit mori magis morte crucis ꝙ̃ alio genere mortis. Dicendum eſt ꝙ peccatū hominis mortē introduxit in mundū ⁊ neceſſitatē moriendi corporaliter mors autē crucis fuit peſſima mors corporalis eo ꝙ ſecūdū legem maledictus fuit omnis qui pendebat in cruce:et vt chriſtus faceret illud inſtrumentum vite : quod fuit peſſimum inſtrumentum mortis: ideo mortuus eſt morte crucis que fuit viliſſima ⁊ peſſima mors in genere mortis:vnde factuꝫ eſt illud quod fuit aliquando vindicta peccatorum:modo illius mortis virtute eſt inſtrumentum vite ⁊ virtutis In cuius ſignum doctor ſuper euangelia dicit. ꝙ tempore quo chriſtus fuit in cruce ſeu crucifixus prope locum inueniebatur quidam ſerpens qui tyrus vocabatur quo modo fit tyriaca. Ille ſerpens in deſpectu xp̄i proiectus fuit ſuper crucem ⁊ tetigit corpus xp̄i. Ex ꝗ tactu datū eſt ſerpenti ⁊ toti generi ſuo ꝙ ex eius corpore eſſet remediū contra omne venenū. Sic aūt poſtꝙ xp̄s mortuus eſt in cruce datū eſt tale priuilegiū cruci ⁊ paſſioni xp̄i vt eſſet remediū oīm viciorꝝ. Ex quibꝰ ſequitꝛ ꝙ xp̄s ſuſtinuit mortē turpiſſimā. ⁊ ideo dixerūt iudei. Morte turpiſſima ꝯdēnemus eū. Et ſic ſequitur ꝙ mors xp̄i fuit plena acerbitate ⁊ pena ⁊ ꝑ conſequēs fuit valde doloroſa ⁊ ſic patet ſecundū principale. ¶

Tertio principaliter dixi ꝙ mors xp̄i fuit precioſa ſiue fructuoſa: q: plena fuit charitate ſiue obediētia. In cuius ſignū dicit Apoſtolus ad Philippenſes. ij. humiliauit ſemetipſum factus obediens vſqꝫ ad mortem mortem autem crucis. chariſſimi amor aliquādo diuerſimode oſtenditur. videlicet verbo bene loquendo de alijs: ſic xp̄s oſtendit charitatē iudeis qñ dixit. Pater dimitte eis quia neſciunt quid faciunt. Aliquando oſtendit amor ꝑ malorꝝ ꝑpeſſionem et hoc eſt maximum ſignuꝫ amoris. Iſto modo dilexit nos chriſtus ſuſtinendo mortem pro nobis. Unde chriſtus in euangelio Johannis xv. Maiorē charitatem ac dilectionem nemo habet ꝙ vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Sed in chriſto fuerunt duo amores. vnus quo ad ſeipſum naturaliter. Alius quo ad genus humanū: quia ipſū redimere voluit. Inter iſtos duos amores fuit magna decertatio in morte chriſti. Amor naturalis quo dilexit ſeipſum ſubire mortem noluit: aſſerens ꝙ eius p̄ces ad patrem ſufficiant pro redemptione generis humani. Sed amor quo dilexit genus humanum preualuit: et dixit. Non mea voluntas ſed tua fiat. Secundo amor naturalis fecit hanc deuotiſſimam orationem ꝙ non deberet mori. Mors eſt grauioꝛ pena in iuuene ꝙ̃ in ſene: et eſt odioſa res humane nature: ⁊ ideo differas moꝛtē vſ ad ſenectutē quando natura eſt debilioꝛ et moꝛs ꝓpinquioꝛ. Reſpondit amoꝛ quo dilexit hominē Abſit inqͣt ꝙ totū genus humanū foret tādiu in penis qꝛ tunc foꝛte deſparet de aduētu meo. Et ideo pꝛopter animas redimendas que ſunt in inferno volo mori. Sꝫ adhuc amoꝛ naturalis obiecit dicens. Mater tua eſt tenere cōplexionis et ſuper omnia te diligit: vñ ſi te moꝛtuum viderit pꝛe doloꝛe peribit. Noli ḡ mori. Quo audito fuit fere deuictus intantū ꝙ petiſt a patre et dixit Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Et ñ obſtante ꝙ mater ſua pateretur maximum doloꝛem pꝛo moꝛte ſua: adhuc poti⁹ voluit mori pꝛo amoꝛe generis humani ꝙ̃ ſaluare matrem ſuam a moꝛte coꝛpoꝛali: vt ꝑ ſuam moꝛtē ꝑduceret gen⁹ humanū ad regnū celeſte gloꝛie eternalis. Quod nobis concedat qui ſine fine viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo.ix.

DIligere. Chariſſimi ītelligere debetis ꝙ nullū verbū ꝓlatū ab oꝛe p̄dicatoꝛis ſine charitate poteſt placere deo. A Vñ p̄dicatoꝛ ꝓnūcians verbū dei ſine charitate cōparatur ſono cuiuſlibet tinniētis ꝙ̇ ſeipſū conſumit ⁊ ꝯfundit nec ſibi ꝓficit. Vñ dt apl's .i. ad Coꝛin. xiij. Si līguis hoīꝫ loquar ⁊ angeloꝝ: charitatē aūt nō habeā fctus ſū velut es ſonās aut cimbalū tinniēs. Ergo ī ſmonis exoꝛdio oꝛandū eſt ꝓ charitate. Pro ꝓceſſu eſt breuit̄ notanduꝫ ꝙ duo ſpūaliter debemus diligere: deum videlicet ſuper omnia: et pꝛoximum ſicut noſmetipſos. Dixi pꝛimo et principaliter ꝙ deus eſt diligendus ſuꝑ omnia. Et hoc triplicit*er* xp̄o dicente Math.xxij. Diliges dn̄z deū tuū ex toto corde tuo: et ex tota aīa tua ⁊ ex tota mēte tua Hoc eſt maximū ⁊ primū mādatum. Secundū aūt ſimile eſt huic. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſū. Jn his duobus mandatis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. ſuꝑ qua littera dicit Cryſoſtomus. Quare magis diliges q̄ timebꝰ qꝫ qui timet deū amplius q̄ diligit perfectā charitateʒ non habet. Vn̄.i. Johannis.iiij. ſcribit. Perfecta charitas foris mittit timorē. Jtem querit Cryſo. Quare non cognoſces dn̄m deuʒ tuū ſʒ diliges quia cognoſcere deum eſt vnū ꝓpriū humane nature: ſed diligere deū eſt opus boni ⁊ recti cordis. Et ideo magis dicit diliges q̄ cognoſces. Tertio querit Chriſoſto. Quid eſt diligere deū ex toto corde. Et hinc eſt ꝙ dicit Auguſtinus ſuꝑ prima canonica Johannis.v. Talis quippe es qualis eſt dilectio tua. Si diligas deū deus es. ꝓpheta inq̄ente Ego dixi dij eſtis per charitatē: et filij excelſi omnes ⁊ ſi terram diligas terra es. Querit inſuꝑ Aug. Quid ſit diligere deum ex tota aīa tua. Et rn̄det ꝙ ſi habeas animū certiſſimū in veritate ⁊ firmiſſimū in fide catholica tūc diligis dominū ex tota anima tua. Sʒ ſi aīa tua fuerit occupata circa errores ⁊ hereſes que ſūt cōtra fidem tunc non diligis deū ex tota aīa tua. vt dicit Auguſtinus in libro de vera innocentia: ꝙ tenere errores ſiue hereſes non faciūt hereticū: ſed erroris tuitio. B Et ideo dicit Augu. in libro de vtilitate credendi. Hereſis eſt peruerſū dogma fidei catholice contrarium pertinaciter defenſatum: maxime cauſa lucri vel cauſa gratie temporalis. Unde hereſis grece electio dicit latine:eo ꝙ vnuſquiſqꝫ nouā ſibi eligat viā vel doctrinam quā putat eſſe meliorē ⁊ ꝑtinaciter ſuſtinet ipſam eſſe verā quāuis ſit falſa ⁊ fidei catholice cōtraria. Et ideo diabolo reſiſtendū eſt:q̄ in nobis ſemꝑ nititur deſtruere fidem ⁊ amorē. Per verā igitur fidem ꝑueniemus ad verā dilectionē qua deū diligamus ex tota anima nr̄a. Hinc dicit apoſtolus ad Galathas.v. Fides ꝑ dilectionē operatur. ſuꝑ qua littera dicit Glo. Opus fidei eſt ipſa dilectio:⁊ ſine dilectione inanis eſt fides:fides cum dilectione xp̄iani eſt:ſine dilectione demonis eſt. Unde demones credunt⁊ contremiſcunt. Uera enī fides operatur per virtutē:⁊ per operationē viuificatur. Apoſtolo teſtante Jacobi.ij. Fides ſine operibus mortua eſt. Et hic dicit apoſtolus.j.ad Corinthios.xiij. Si habuero omnē fidem ⁊ prophetiam:⁊ nouero myſteria omnia veteris ⁊ noui teſtamenti:⁊ omnē ſcientiam de futuris:charitatem autē non habuero:nihil mihi prodeſt. Attende quanta ſit charitas ſine qua fruſtra habentur oīa:ſi ante habeantur omnia. Ulterius querit Chriſoſtomus:quid ſit diligere deū ex tota mēte tua. Et reſpondet ꝙ quando omnes ſenſus tui vacant deo:⁊ intellectus cogitatio ⁊ memoria ponuntur in amore diuino:tunc diligis deum ex tota mente tua. Si ſint occupati circa voluptates ⁊ diuitias ac delitias:tunc non diligis ex tota mente. Unde Auguſtinus exponit iſtam auctoritatē ſic. Diliges dn̄m deum tuum ex toto corde tuo.i.ex toto intellectu ſine errore. ex tota anima.i.ex tota voluntate ſine contradictione. ex tota mente.i.memoria ſine obliuione. Sed magiſter ſententiaꝝ.li.iij.diſ.xxxvij.ſic dicit.ex toto corde.i.ſapiēter contra ſuggeſtiones diaboli: ex tota anima: id eſt dulciter contra delectationem carnis: ex tota mente: id eſt fortiter contra preſſuras mundi. Diliges igitur dominū deum tuū ſapienter: quia nihil homini ꝓpinquius corde ſuo: nihil liberius voluntate. ⁊ ideo excuſationeꝫ non habemus quin deū diligere debeamus. Unde Auguſtinus in quadam omelia. Poteſt aliquis mihi dicere. Non poſſum ieiunare: nō poſſum omnes res meas pauperibus dare: ⁊ in monaſterio deo ſeruire. Si dixeris non poſſum a vino ⁊ a carnibus abſtinere: credimus tibi. Si autem dixeris. non poſſum diligere deum: modo non credimus. quia nulla nobis remanet excuſatio: dum non de cellario/ſed de corde iſtā elemoſynam implere debemus: vt per illam perueniamus ad vitam eternam. Hec Auguſtinus. In hoc apparet diuina bonitas ꝙ non petit ab homine: niſi qđ ſine labore conferre poteſt. ⁊ ideo dicitur Deuteron̄. x. Nunc iſrael audi quid dn̄s deus tuus petit a te: niſi vt timeas dn̄m deum tuum: ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ diligas euꝫ in toto corde tuo. Exemplū de hoc habetur Actuum. xiiij. in gloſa de beato Paulo qui intantū dilexit dominū ꝙ quingentis vicibus iſtud nomen Jeſus nominatur in ſuis epiſtolis: ⁊ ꝓ diuino amore multas tribulationes ſuſtinuit. Et ideo de illo poteſt dici illud Eccl. xlvij. De omni corde ſuo laudauit dominum: ⁊ dilexit deum qui fecit illum. ¶ Sed timendum eſt ꝙ aliqui ſint qui magis diligunt dolos ⁊ detractiones q̄ deum. Talis fuit ille Alchimus q̄ ſummus ſacerdos exiſtens in lege iudeoꝝ detraxit Machabeo ad regē Demetrium dicens: ꝙ nunq̄ foret pax in regno ſuo dum

Judas machabeus viueret: ⁊ ſic per mala verba ⁊ detractiones excitauit magnā guerrā inter regē Demetriū ⁊ Judam machabeū. vt habetur. ij. Machabeoꝝ. xiiij. Cuilibet detractori tali poteſt dici illud Pſal. Dilexiſti oīa verba precipitationis lingua doloſa: id eſt lingua detractionis. Item aliqui magis diligunt auariciam ꝙ̄ deū. Talis fuit Achor qui furatus fuit de anathemate in hierico: inter ſpolia pallium coccineū valde bonū: ⁊. cc. ſiclos argenti: regulāqꝫ aureā. Pro quo facto interfectus fuit ille ⁊ multi alij de filijs Iſrael: vt habetur Joſue. vij. Iſti enim auari magis volunt vigilare ⁊ multa alia opera grandia facere ꝓ nūmo ꝙ̄ pro deo: ſed ꝓ dei amore nihil. Et ideo dicitur Iſaie. i. Omnes diligunt munera: ⁊ ſequuntur retributōnes. Item aliqui magis diligunt ebrietatē ⁊ gulam ꝙ̄ deum. Talis fuit ille de quo narrat Trogus pōpeius ꝙ quidaꝫ tyrannus qui intantū dilexit ebrietatem ꝙ viſum oculoꝝ amiſit. Unde dicit Galienus ꝙ optima medicina ꝓ viſu oculoꝝ ac etiam ꝓ ſtomacho eſt vti moderate cibis ⁊ potibus: voracitatem ſectantes vitam propriam abbreuiant: ⁊ ſeipſos manibus proprijs occidunt: ⁊ bona inordinate conſumunt. Unde dicitur Prouerbioꝝ. xxi. Qui diligit epulas in egeſtate erit.

¶ Secundo debemus diligere deū ex tota aīa dulciter cōtra delectationes carnis. Unde dicit Beda in omelia quadā ſuper verbo illo. Si diligitis me mandata mea ſeruate. Uere inquit diligere eſt non ipſam dilectionem labijs loqui: ſed mandata dei que ꝑ doctrinam xp̄i habemus opere ſeruare. Unde beatus Johānes dicit. Filioli mei non diligamus lingua ⁊ verbo: ſed opere ⁊ ve ritate: hoc eſt qđ dicit beatus Gregorius ĩ quadā omelia. Probatio dilectionis eſt exhibitio operis. Et hinc eſt ꝙ Johānes in epiſtola ait. Qui dicit diligo deum: ⁊ mandata eius non cuſtodit mendax eſt. Vere inquit Gregorius deū diligimus ſi mandata eius cuſtodimus ⁊ a noſtris voluptatibus nos coartamus. Sed timendum eſt ꝙ amoꝛ carnalis voluptatis amoꝛem dei extīguit: ⁊ multa alia inducit. Exemplū huius habemus Geneſis. xlix. quomodo Ruben habuit maledictionem patris ſui: vnde dixit ei. Non creſcas in bonis: ſcȝ temporalibus: quia violaſti ſtratum patris tui. ⁊ hoc fecit quando concubuit cū Bala quę fuit concubina patris ſui Jacob. Jtem habetur. iiij. Regum. xi. quomodo Salomon qui fuit rex ſapientiſſimus: quia adamauit mulieres alienigenas: reliquit diuinum amoꝛem ⁊ adorauit deos falſos: ſtatim deſtructus fuit. Jtem habet̄ Judicum. xvi. quomodo Sampſon qui mille viros cū mādibula aſini occidit propter amoꝛem inoꝛdinatum mulieris fuit exoſculatus ⁊ tandem interfectus. Et ideo dicit Ptolomeus in ſuo alma geſto: ꝙ quando accidit in coniunctione planetarū planetam maliuolum habere dominiū: tunc accidit peſtilentia fames ⁊ bellū: aut aliquid aliud infoꝛtuniū. Modo conſimili ex coniunctione adulterioꝝ qui voluptatibus carnis ſe balneāt: tūc accidunt multa mala: vt homicidium/furtum ⁊ huiuſmodi. Exemplū ad hoc habetur. ij. Regum. xi. de Dauid qui qn̄ cecidit in adulteriū: occidi fecit optimū militem ſuū Uriam: ⁊ ſic vt cōiter dicitur adulteri ⁊ foꝛnicatoꝛes efficiuntur latrones ⁊ fures. Un̄ Johēs. iij. habet̄. Dilexerūt hoīes magis tenebras ꝙ̄ lucē. Un̄ luxu ria bene poteſt aſſimilari tenebris quia ſemper diligit tenebras. Hunc amorē carnalem qui diuidit ab amore dei ⁊ fugit a luce:id eſt a ſole iuſticie vitauit ſctūs Joſeph. Habet enī Geneſis.xxxix.ꝙ vxor Putipharis videns ioſeph pulchrū elegantē ⁊ formoſū:cōcupiuit eū amore inordinato:qui renuens amorē talē noluit ſuis blandis ſermonibus acquieſcere:vna tñ dierum dū Joſeph intrauit camerā ſolus:eadē mulier inſtigauit eū ad luxuriā ⁊ palliū eius tenuit:quo relicto fugit:q̄ poſtmodum fuit falſe accuſatus ⁊ incarceratꝰ. Iſte eniꝫ Joſeph fuit diuino amore inflammatꝰ. ⁊ ideo amorē carnalis voluptatis fugit. Unde Auguſtinꝰ Inter omnia certamina xp̄ianoꝝ duriora ſunt certamina caſtitatis:quia ibi eſt quotidiana pugna ⁊ rara victoria. Neceſſe ē ergo cuilibet dñm bene diligēti/oēs voluptatū occaſiōes fugere ſi velit palmā caſtitatis habere. ¶ Habet ī hyſtoriis Romanoꝝ:ꝙ fuit quidā īperator q̄ odiuit ſocietatē mulierū. Attamē ſibi conſultū fuit ꝙ cōmunicaret cū illis per mediatrices dyaboli. Tandē tñ req̄ſitꝰ quare noluit amare mulieres. Rñdit ꝙ ꝓpter tres cauſas. Prima erat q꞉ noluit periurus fieri:iurauit enim ꝙ nunq̄ mulierem tangeret. Secunda cauſa fuit quia noluit ſeipſum diffamare. Nam peccatum carnis quāuis ſit minoris culpe:eſt tamen maioris infamie ſꝫ gregorium. Tertia cauſa fuit/quia noluit ſeipſum maculare. Luxuria enim inquinat tam aīam q̄ corpus. de hac feditate loq̄tur Valeriꝰ li.iiii. Quid inquit luxuria feditius vel dānoſius quia virtutes deſtruuntur:gloria ī infamiam conuertitur:vires corporis impugnantur:et omnis fortuna bonoꝝ ⁊ diuitiaꝝ tollit. Hec ille. Igitur amorem carnalem fugiamus: ⁊ dn̄m tota mente ⁊ anima diligamus. Unde. p̄s. Qui diligitis dn̄m odite malum. Unde tria deberent nos mouere ad dn̄m diligēduꝫ videlicet beneficiū creatiōis: bn̄ficium redēptionis ⁊ beneficiū gubernationis. F De primo loquitur Bernardus in quodam ſermone ſic dicēs. Cogita qualem te fecit ſm̄ corpus egregiā creaturā corpus habenteꝫ rectū in ſignū q̄ ſemꝑ tua dilectio ad dn̄m debet eſſe intenta/ quantū ad animā ſm̄ imaginem dei creataꝫ. Et ideo dicit Hugo de archa Noe loquens ad ſeipſū. Magno debito es obligatus ⁊ multa a deo accepiſti ⁊ nihil de teip̄o: et pro oībus iſtis nō habes quid tribuas niſi tantū vt diligas dn̄m. Nā quod ꝑ dilectionē datū ē nō poteſt melius rependi q̄ ꝑ dilectionē. Secūdum eſt beneficium redēptionis. Unde dicit Bernar. ſuper cantica. O bone Jeſu oīa te ꝓbant amabilem mihi: ſꝫ mors quam ſuſtinuiſti hec omnino amorē meū vendicat ſibi totū. Hec eni eſt que meā dilectionē blāde allicit ⁊ iuſte exigit. Tertiū beneficiū gubernatiōis nos mouere debet ad dei dilectionem. Hanc gubernationē exprimit Augu. de ſpū ⁊ anima ſic dicēs. Gratia ⁊ miſericordia ſemper ꝓueniebat me. d̄ multis periculis liberauit me quando errabā: reduxit me: quando ignorabam docuit me: quando triſtabar conſolata eſt me: quando deſperabam conſolata eſt me: quando cecidi erexit me et ꝓ omnibus his nihil habeo reſpondere niſi tantum eum diligere. hec ille. G Sed chariſſimi timēdū ē q̄ multi ſunt deo ingrati: q̄ poſt bn̄ficia a deo recepta ab ip̄o recedūt. de q̄bus loquit̄ ſcriptura Deut. xxxij. Incraſſa tus eſt dilectus ⁊ recalcitrauit: incraſſatus īpinguatus dilatatus. Dereliqt deū factoꝛē ſuū. ⁊c. Cuius īgratitudo repꝛehendit ꝑ gratitudinē beſtie irrationalis. De q̄ loquit̄ cōmentatoꝛ ſuꝑ li. de aīalibꝰ dicēs ꝙ fuit quidaꝫ nobilis q̇ domeſticauit ſerpentem quēdā nomine aſpis qui quotidie veniebat ad menſā dn̄i ſui nihil mali faciēdo Iſte aſpis per pꝛoceſſū temporis habuit duos catulos: quos duxit ſecum cōmuniter ad menſam domini. Accidit tn̄ ꝙ vnus de catulis aſpidis interfecit filium dn̄i quem maxime dilexit: quod factum videns mater aſpidū coꝛā oībus qui erant in aula pꝛopꝛios catulos īterfecit. Ecce quanta gratitudo ⁊ dilectio fuit in beſtia irrationali. Ideo a multo foꝛtioꝛi debemus oñdere dilectonem ⁊ gratitudinem deo noſtro: qui tot ⁊ tanta bn̄ficia nobis contulit: ⁊ pꝛioꝛ nos dilexit vt habet̄. i. Iohānis. iiij. vbi ſic inq̇t. In hoc eſt charitas: nō quaſi nos dilexerimus deū: ſed qm̄ ipſe pꝛioꝛ dilexit nos: miſit filiuꝫ ſuū ꝓpiciationē pꝛo peccatis noſtris tamen nihil petit a nobis niſi amorē coꝛdis nr̄i. Oſtēdit nobis inſuꝑ amorem in hoc ꝙ deleuit peccata nr̄a: quia per baptiſmuꝫ qui cepit efficaciam a chꝛiſti plenitudine deleuit peccatum oꝛiginale: et per penitentiam peccatum actuale ſb Ideo dicitur Apoca. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Tertio dixi ꝙ debemus diligere deum tota mente: foꝛtiter contra mundi cupiditatem. quia dicitur Eccl̄. xxvij. Qui querit locupletare auertit oculum ſcilicet coꝛdis a deo. Nanqꝫ quicunqꝫ voluerit: id eſt appetit amicus fieri huius mundi vel ſeculi inimicus dei conſtituitur. Iacobi. iiij. Nihil eſt facilius q̃ꝫ deum diligere foꝛtiter: quia verus amoꝛ dei nec aduerſitate deũcitur nec proſperitate ſubiicitur nec timet fluctus mundanoꝝ ſollicitudinũ: nec formidat tẽtationes demonũ. Et ideo dicitur. Fortis eſt vt mors dilectio: ſcʒ dei. dilectio vera dei fortioꝛ ē ipſa morte: qꝛ nec morti nec vite parcit: vt patuit aliquando in ſctis martyribꝰ. Et ideo dicit Apoſtolꝰ ad Roma. viij. Quis nos ſeparabit a charitate xp̄i. An tribulatio: id eſt corporis afflictio. An anguſtia. ſcʒ mentis anxietas. An perſecutio que eſt de loco ad locum fugatio. An fames: id ē carentia victꝰ. An nuditas: id eſt carentia veſtiũ. An periculũ: id eſt aſperitas mortis. An gladius: id ē mors. Certus ſum enim inq̄t: ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita: neqꝫ formido: neqꝫ profundũ: neqꝫ creatura aliqua ſeparabit nos a charitate dei qui eſt in chriſto Ieſu. Exemplum huius habetur in arte tincture. Si pannus fuerit ĩtinctus colore coccineo nõ poteſt illo colore ſpoliari: q̄uis lauetur: q̄uis verberet: qꝛ citius pannũ corrũpes ꝙ̄ ſuſceptũ auferas colorẽ. Modo conſimili eſt de charitate dei. Si enĩ anima humana fuerit intincta diuino amore: citius moreretur ꝙ̄ illum amorem dimitteret. Iſto modo fuerunt multi martyres ĩtincti. vt laurentius Bartholomeus: ⁊ ceteri ꝗ pro xp̄i noĩe mortẽ ſuſtinuerũt. Unde experientia docet de cera calefacta ſi imprimatur ſigillum figura ſigilli remanet in cera et ſi fuerit frigida ⁊ dura non recipit impreſſionẽ ſigilli. Modo conſimili cor quod eſt calefactum igne diuini amoris ſi fuerit applicatum xp̄o per memoriã paſſionis eiꝰ ſtatim remanet impreſſio vulnerum chriſti in corde ſuo

¶ Sed ſi cor fuerit induratum per peccatum mortale ſigillum diuini amoris in tali corde imprimi non poteſt. O ꝙ multi ſunt tales qui habent corda indurata: ⁊ ideo dilectio domini non poteſt imprimi in cordibus ipſorum. Tales ſunt amatores mūdi: qui nunꝙ̄ de deo cogitant: nec de celeſtibus: ſed ſemper de terrenis: ac ſi non eſſet ſpes future glorie. Talis fuit ille Calippꝰ qui fuit maior ſarracenorum. De quo narrat Marcus paulus de geſtis indoꝝ: cuius ciuitatē obſedit rex tartarorum: ⁊ tamen intra ciuitatem erāt quinqꝫ milia eqtum. Calippus predictus habuit vnam turrim plenaꝫ auro: ⁊ aliam plenam argento et lapidibus preciosis: intantum nāqꝫ dilexit theſaurum ſuum quod noluit aliquid de eo expendere circa armatos ad defendendū ſe et ſuam ciuitatem. Et ideo rex tartarorum cepit illum ⁊ omnia bona ſua: ⁊ clauſit illū ⁊ omnia bona ſua in vna turri ſine cibo ⁊ potu: ⁊ ait illi. Si hunc theſaurum non tam auide reſeruaſſes: teipſum ⁊ ciuitatē defendiſſes. Nunc adiuuet te theſaurus tuus quem tantum dilexiſti. Sic ergo quarto die fame periit: ⁊ miſerabiliter mortuus eſt. Talis fuit ille Nabal qui intantum dilexit diuitias ſuas ꝙ Dauid in magna neceſſitate exiſtenti noluit de bonis ſuis cōmunicare. ⁊ ideo nimio timore ⁊ duricia cordis ſubito moriebatur. vt habetur. i. Regū. xxv. Igitur iſtam duriciā et tenacitatē cordis relinquite: ⁊ amorē dei in cordibus veſtris imprimite: quia dicit Deuter. xi. ꝙ dn̄s dixit filiis Iſrael. Si dilexeritis dn̄m deum veſtrum: ⁊ ſeruietis ei in toto corde veſtro: dabo vobis pluuias temporibus veſtris: arbores veſtre replebuntur fructibus: dormietiſqꝫ ⁊ non erit qui vos exterreat. Iſtis igitur tribus modis deuꝫ diligatis: ⁊ vitam eternā poſſideatis. Scd̄o principali ter dixi ꝙ ꝓximus eſt diligendus tripliciter: videlicet veraciter ſine ſimulatione: ſapienter ſine peccati nutritione: ꝛ ꝑſeueranter ſine ceſſatione. R Primo dico ꝙ debemus diligere proximū veraciter ſine ſimulatione. vt ait Apoſtolus ad Romanos. xij. Dilectio ſine ſimulatione: hoc ſit in vobis. Simulatio eſt quando quis ore oſtendit amicitiā: ꝛ in corde machinatur dolū ſiue fraudem. Et ideo dicit Sapiens Prouerbioꝝ. xi. Simulator ore decipit amicum ſuū. Figura huius habetur. ij. Regū. xx. de Joab qui fuit miles nobilis cum Dauid venit quondā ad militem quēdam noīe Amaſa oſtendens ei amicitiam dicens. Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentū Amaſe quaſi oſculans eū ꝛ percuſſit eum in inguine: ꝛ mortuus eſt. Talem fictā amicitiam oſtendit Judas proditor oſculum dans xp̄o in ſignum dilectionis ꝛ amicitie: tamen in corde odiuit eum: ꝛ occulte prodebat eum iudeis: vt habetur Luce xxij. Et ideo xp̄s volens trahere eum ad veram amicitiam dixit ſibi. Amice ad quid veniſti. Talis fuit dilectio Amon qua dilexit ſororem ſuam Thamar: qui oſtendit ſibi blanda verba dilectionis: donec compleret voluptatem ſuam cū illa. Sed completa voluptate ſua odiuit eam plus ꝙ̄ ante dilexit. vt habetur. ij. Regū. xiij. Item habetur quomodo Saul oſtendit multa ſigna dilectionis Dauid: ꝛ dedit illi Michol filiam ſuam in vxorem: in ſignum dilectionis ꝛ amicitie: et tamen occulte oderat illum: ꝛ voluit eum occidiſſe. vt patet primo Regum. xviij. et. xix. ꝛ ſecundo Regum. xiij. Quomodo Abſolon oſtendit amicitiam fratri ſuo Amon: vocando ipſum ad conuiuiū: ꝛ cum fuit in conui nio occidit eum fraudulenter. L Et ideo beatus Augustinus dicit ꝙ melior est inimicus publicus q̄ fictus amicus: quia de publico inimico potest homo precauere ⁊ eiꝰ maliciam fugere: sed amicū fictum nō potest cognoscere. Et ideo tales ficti ⁊ falsi amici maxime sunt timendi: ⁊ eoꝝ dilectio pretensa maxime fugienda est: eo ꝙ est simulata. Contra vero ex vera dilectione multa bona ꝓueniunt: vt refert Tulius de vera amicitia: ꝙ olim erant duo amici fideles qui se mutuo veraciter dilexerunt: quoꝝ vnus vocabatur Damon: ⁊ alter Pitheas. Contigit autem ꝙ Dionysius tyrannus Pitheam consecutus fuit vsqꝫ ad mortem: intantū ꝙ incarceratus fuit. Unde alter amicus Damon videns suū amicū ita iniuriose incarceratum: adiuit Dionysiū tyrannū rogans quatenus dignaretur recipere ipsuꝫ in carcerem loco amici sui: quousqꝫ transiret ad vxorē suā ⁊ disponeret ꝓ bonis suis. Dionysius concessit sub tali conditione: ꝙ si nō rediret mortem pro illo subiret. Quo peracto rediit Pitheas die statuto ad carcerē ꝓ liberatione amici sui. Unde Dionysius considerans fidelē animū ⁊ verā amicitiā inter illos: oēm maliciam suā amisit: rogans illos recipere illū in tertiū gradum amicitie sue. Et ideo dr̄ Eccꝉ.vi. Amico fideli nulla est comparatio: ⁊ non est digna ponderatio auri ⁊ argenti contra bonitatem fidei illius. Hinc est ꝙ dicit Quintilianus libro.ij.cap̄.viij. Quid est humano generi facilius q̄ si omnes homines essent amici: quia tunc non essent latrocinia nec bella nec contentiones. Hec amicitia est voluntatum cōmunio ⁊ facultatum ac tristicie solaciū. Hec ille. Unde Aristoteles probat.viij. Ethicoꝝ ꝙ amicitia eſt tam neceſſaria cuilibet cõmunitati ⁊ perſone ꝙ nullus eligeret viuere ſine amicitia. Et ideo amicitia eſt neceſſaria diuitibus pauperibus iuuenib⁹ ⁊ ſenibus. Primo diuitibus: quia diuites ſi careant amicitia ſiue dilectione amicoꝝ: breuiter poſſunt ſpoliari: ⁊ ꝓ diuitijs ſuis interfici. Unde raro inter diuites inuenitur charitas. Figura huius habetur Geneſ. xiij. de Loth ⁊ Abraham qui habuerũt multa pecora: ⁊ ideo orta fuit magna diſcordia inter paſtores eoꝝ. Item diuitibus multi inſidiantur practicãdo ⁊ imaginãdo qualiter poſſunt diuitie illoꝝ auferri. ⁊ ideo ꝯſulit illis xp̃s Luc. xvi. Facite vobis amicos ⁊c. Scđo dilectio eſt neceſſaria pauperibus: quia eſt pauperi ſingulare ſolacium habere amicũ: qui vult ⁊ poteſt illum in penuria ſua releuare. Tertio dilectio eſt neceſſaria ſenibus: cũ ſint debiles ⁊ impotentes ad ſeipſos iuuandos. et ideo dicit Ariſtotel. in ſua rethorica: ꝙ ſenes ſunt miſeratiui ⁊ cito remittũt culpas iuuenũ: qñ ſciunt ſe indigere eoꝝ amicitia. Quarto dilectio eſt neceſſaria iuuenibus quia dicit Ariſtotel. ij. rethe. ca. xxviij. narrando conditiones iuuenũ: ꝙ iuuenes inclinant ad voluptates: amant honores: ⁊ ideo vt cõiter ſunt preſumptuoſi: ſunt amatores riſus ⁊ ludoꝝ. Et ideo indigent amicis q̃ ab iſtis iniquitatibus illos cohibeãt ⁊ caſtigent: alioqn nunq̃ fierent virtuoſi. Itẽ cuilibet ciuitati neceſſaria eſt amicitia: intantũ ꝙ dicit Ariſto. iiij. ethicoꝝ. ꝙ multi legiſperiti in correctiõibus ſuis faciẽdis: dimittunt iuſticiã legis: vt cõſeruẽt dilectionẽ ⁊ amorẽ: ne lites ⁊ diſcordie oriant inter ciues: qꝛ vbi eſt diſcordia ibi eſt deſtructio. Et ideo dicit Ariſtotel. ꝙ amicitia eſt magis neceſſaria inter ciues ⁊ cōmunitates ꝙ̄ iuſticia. Unde Aug. li.xix.de ciuitate dei dicit ꝙ non eſt populus ſiue cōmunitas:niſi ſit inter eos charitas ⁊ dilectio:q꞉ populus eſt multitudo hominū in amica cōmunitate aſſociata. Hec ille. Un̄ Aug.ſuper Iohan.omelia.lxv.xp̄s dilectionē ꝓximi cōmemorat dicens. Mandatū nouum do vobis vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. vbi vt dicit Aug.nō facit dilectionē dei:ſed bene intelligentibꝰ vtrū mandatū inuenit in ſententijs:q꞉ q̇ diligit deū nō poteſt ipſū cōtēnere quem deus diligi ꝑcepit: ⁊ q̇ diligit ꝓximū quid in eo diligit niſi deū. Hec aug. Et ideo bene pōt intelligi:ꝙ nullus pōt meritorie diligere deuz odiendo ꝓximū. Et hoc videt̄ dicere apl̄us ad Roma. xiij.vbi dicit ꝙ omne mandatū legis implet̄ in hoc verbo. Diliges ꝓximū tuū ſicut teip̄m.i.eo ordine quo teipſum hoc ē infra deū ⁊ ſup̲ oīa bona tēporalia qd̓ ē cōtra illos q̇ plus diligunt aīalia bruta ꝙ̄ ꝓximū. Uel ſic dꝫ exponi:vel ad qd̓ teipſū diligis.ſ. ad vitā grē ⁊ glīe ⁊ ſic q̇ diligit dn̄z ē verꝰ obſuator legis diuine. Un̄ dicit Apo.ad Roma.xiii.Qui diligit ꝓximū legē impleuit.

¶ Scd̓o dixi ꝙ debemꝰ diligere ꝓximū ſine pc̄ti nutritiōe ſapienter. Un̄ Augu. Sic diligēdi ſūt hoīes: vt nō diligant̄ eoꝝ errores. Unde amatores vitioꝝ ī ſuis amicitijs ſimiles ſūt demonibꝰ:q̇ in hoc tm̄ cōueniūt vt homines fallant ſiue ſubuertāt ſicut maligni amicos ſuos vt iuuant ipſos ad eundū in infernū:q꞉ quicq̇d fecerint pro amore inordinato ſic excecant ꝙ reputāt bn̄ficium. Figura huiꝰ dilectōis inſipient̓ hr̄ in euāgelio. Lu. xxiij.de Herode ⁊ Pylato. Cōtra iſtū amorē loquitur Apoſtolus.i.ad Corinth.xiij.Charitas non agit ꝑperā id eſt peruerſe:non eſt ambitioſa:id eſt : non vult alijs preponi:non cogitat malū:id eſt nonvult nocere alicui non gaudet ſuꝑ iniq̄tate:id eſt dolet videns aliquē irruere in iniquitatem.gaudet aūt veritati:id ē operibus iuſticie ⁊ veritatis.Jſto igit̄ modo diligendus eſt ꝓximus vt ſemꝑ diligamus ei⁹ aīam:⁊ non ei⁹ vitia.Hic dicit Apl's ad Roma.xiiij.Dilectio ꝓximi malū nō operat̄.Glo.Qui diligit homines q: iuſti ſūt aut iuſti fiant ſapienter diligit.Quilibet enī debet diligere ſeipſū q: iuſtus eſt:vel q: iuſtus fiat.Qui enī aliter diligit ſe:iniuſte diligit ſe.qui aūt diligere ſe neſcit:nec ꝓximū ſcit diligere ſicut ſeipm̄.Vñ Augu.ſicut prius.Si noueris diligere teipſum:cōmitto tibi ꝓximū vt eū diligas tanq̄ teipſū.Si aūt non ſcis diligere teipſū timeo ne decipias ꝓximū ſicut decipis teipm̄.Hec ille.Jn bono igitur ꝓximus eſt diligendus ⁊ non in malo.Vñ Ariſtote.ix. Ethicoꝝ ſoluit tres q̄ſtiones notabiles. ¶ Pria ē ponatur ꝙ aliquis ꝯiungatur cum viro bono in amicitia: ⁊ poſtea peruertatur:⁊ fiat malus:vtrum ſocietas eius ſit relinquenda an non.Secunda eſt iſta: an ſtatiꝫ debet quis eius amicitiam reliquere:an expectare ei⁹ conuerſionem ad virtutes.Tertia queſtio eſt : vtrum poſt diſſolutionem amicitie debet homo ſe habere magis extranee ei q̄ ſi nunq̄ fuiſſet eius amicus.Ad primam queſtionem reſpondet dicens primo : ꝙ non eſt poſſibile ꝙ ille diligatur a virtuoſo cuius malicia eſt ꝟtuoſo manifeſta quia ſolum bonum ⁊ honeſtum diligit a virtuoſo.Secundo dicit ꝙ non debet vir honeſtus et virtuoſus talem vitioſum diligere : ſed omnino diſſoluere eius amicitiam.Et ratio eſt q: non eſt poſſibile vt vera amicitia conſeruetur in malo: qui in amante generetur aliqua ſimilitudo malicie ⁊ peccati. Ad ſecundaꝫ queſtionem reſpondet diſtinguendo: vtrū talis peccatoꝛ petit reduci ad virtuteꝫ an non: ⁊ ſi ſic non dꝫ homo ſtatim abijcere amicū ſuū: ſed adiuuare vt reducatur ad bonū. Si vero non petit reduci: ſicut ſunt illi qui ſūt indurati ⁊ inueterati dierum maloꝛū ſtatim dꝫ eius ſocietatē relinquere ⁊ hoc non eſt inconueniēs: qꝛ tūc nō fuit amicus huic vitioſo ſꝫ virtuoſo. Et ideo dicit Ariſto. Qui ſimulāt ſe virtuoſos eſſe vt habeāt amicitiā cū bonis ⁊ ꝟtuoſis ⁊ latent ſūt mali: ſūt quaſi ꝓditores et falſi amici. Ad tertiā q̄ſtionē rn̄det ꝙ ſi diſſolutio amicitie fiat ꝓpter abundantiā peccati vel malicie: homo debet ſe magis reddere extraneū ſibi ꝙ̄ alij quē nunꝙ̄ cognouit: ꝓ tanto ꝙ eū decepit ⁊ ſibi verecundiā fecit. Ex q̄bus patet manifeſte ꝙ amicitia maloꝝ ē relinquēda ⁊ fugienda: ⁊ dilectio virtuoſoꝝ amplectanda.

❡ Dicit enī Tullius ī li. de amicitia: ꝙ vera amicitia non poteſt eſſe niſi īter bonos ⁊ ꝟtuoſos. Vn̄ narrat ꝙ q̄dā nobilis habuit tres amicos q̄s ſemel inuitauit ad pꝛandiū ⁊ in fine pꝛandij poſuit ante eos tria poma: quoꝛuꝫ q̊libet erat ex vna parte coꝛruptū. Primꝰ amicus noluit aliqđ illoꝝ tangere Et ideo fuit reputatꝰ incurialis. Secundus amicꝰ guſtauit vnū pomū totaliter non dimittendo partem coꝛruptā pluſꝙ̄ partē integrā ⁊ ideo fatuꝰ dicebat. Sed tertius guſtauit vnū pomū: ſed tantum comedit partē ſanam coꝛruptā relinquēs: ⁊ iđ curialis ſapiens ⁊ doctus dicebatur.

❡ Moraliter per iſtos tres amicos intelligo tria genera hominum: vnde quidam ſunt in tanta malicia obdurati: ꝙ quenꝙ̄ homo fuerit virtuoſus nunq̄ eū diligeret imo ſi q̄d boni fuerit ſemꝑ eis diſpliceret ⁊ nūq̄ placeret. Talis fuit ille Saul q̄ poſt victoriā Dauid de Golia habitā: q̄a mulieres ciuitatis magis Dauid cōmendabant ꝙ ipm̄ Saul nunq̄ rectis oculis inſpiciebat eū vt habeꝫ .i. Regū. xviij. Secundo aliqui ſunt ita infatuati ꝑ amorē inordinatū ꝙ q̄cquid homines fecerint ſiue bonum ſiue malum ſemꝑ reputant bene factū: ⁊ ita fatue diligūt ꝙ neſciūt diuidere corruptuz ab incorrupto. Tertio ſunt aliqui qui ſapienter ⁊ diſcrete diligunt in ꝓximo v̄tutem ⁊ odiunt malitiā et vitia in eodem. Diſcrete igiꝫ ⁊ ſapienꝫ ꝓximus eſt diligendꝰ. Tertio principaliter dixi ꝙ debemꝰ diligere ꝓximū fortiter ⁊ ꝯſtanꝫ ſine ceſſatione. Un̄ Salo. Prouer. xvij. Omni tp̄e diligit qꝛ amicus eſt. Talis fuit dilectio inter Jonathā ⁊ dauid Jonathas enim omni aduerſitate ⁊ ꝑſecutione Dauid fuit ſemꝑ fidelis amicus ⁊ p̄monuit eū de malicia patris ſui Saul. vt hꝫ .i. Regū. xix. Jtem habeꝫ Exodi. xxxij. quomodo Moyſes intantū dilexit populū Jſrael ꝙ dixit dn̄s. Dimitte eis hanc noxā aut ſi non facis dele me de libro quē ſcripſiſti id eſt de libro vite. Jtē habeꝫ Luce. x. quomodo Samaritanꝰ cōmendaꝫ de charitate: et cōpaſſione quā habuit ſuꝑ ꝓximū ſuū alligando vulnera eius ⁊ ducendo in ſtabulū. Hinc inq̄t Johannes i epiſtola .i. Johānis. iiij. Si quis habuerit ſubſtantiā huius mundi: ⁊ viderit fratrē ſuum neceſſitatem habere: ⁊ clauſerit viſcera ſua ab illo quomodo charitas dei manet cū illo: quaſi diceret nullo modo.

¶ Sed timendum eſt ꝙ multi diligunt proximum inconſtanter: ſicut hi q̄ diligūt propter vtilitatē tantum: ꝯtra quos lo quitur Seneca in quadam epiſtola ſic dicens. Illa eſt falſa amicitia que cōmodū intendit ⁊ non amorem. Et ideo inquit Ariſtoteles.viij.ethicoꝝ. Diligentes propter vtilitatē ſunt amici nūmi. Et hoc plangit Ouidius lib.ij.de ponto dicēs. Turpe quidem dictu: ſed modo vera fatemur. Vulgus amicitias vtilitate probat. Ceſſante ergo vtilitate ⁊ proſperitate: ceſſat talis dilectio ⁊ amicitia. Poeta ſic inquiente.

¶ Exemplo didici ꝙ vtilitatis amici.
¶ Res amplectuntur: non nos ſed noſtra ſequuntur.
¶ Non ſunt perſone ſed proſperitatis amici.

Et ideo dicit Gregorius in moralibus. Cū quis ſit poſitus in ꝓſperitate ⁊ diligit: incertū eſt an ꝓſperitas an ꝑſona diligat. Qui in aduerſitate ꝓximū deſerit: aperte monſtrat ꝙ hunc in ꝓſperitate nō amauit. Tales diligūt ꝓximos: ſicut canis diligit os: qui diligit illud ꝙdiu poteſt ex illo aliq̄d carnis accipere vel lucrari: deficiēte vero carne os deſerit ⁊ relinquit. Sic faciūt amici tales ficti: de quibus dꝛ Eccľ.vi. Eſt amicus ſm̄ tēpus ſuū: ⁊ nō ꝑmanebit in die tribulatiōis. Talis non fuit Abiathar q̄ diligebat Dauid: nō tantū tēpore proſperitatis: ſꝫ etiā aduerſitatis: nūciauit eni Dauid maliciā Saul regis: quō occidit ſacerdotes dn̄i ⁊ deſtruxit coꝝ ciuitatē: eo ꝙ receperunt Dauid hoſpitio.i.nocte: vt hꝫ.i.Reg.xxij. Itē ꝯſtāter diligebat armiger ſaulis dn̄m ſuū ſaul: q̄ vidēs eū interfectū ⁊ mortuū noluit vlterius viuere: ſed ſeipm̄ gladio interfecit: vt hꝫ.i.Reg.xxxi. Vn̄ apl's ad Rom̄.xiij. Nemini q̄cq̄ debeatis: niſi inuicē diligatis ꝯſtāter ⁊ fideliter. Narrat eni Augu. li.v.de ciuitate dei de quodā ciue romāo Fabricꝰ noīe quē Romaui miſerunt ad regē Epirotarū ꝓ captiuis Romanoꝝ redimēdis: quos habuit predictꝰ rex epirotarū in carceribꝰ diuerſis. Audiēs aūt rex epirotaꝝ ꝙ ip̄e Fabricius erat pauꝑ ⁊ indigēs multo auro ⁊ pecunia: obtulit ei quartā partē regni ſui: eo pacto ꝙ ciues ſuos romanos relinqret ⁊ ſibi adhereret: ⁊ ip̄ꝫ ſuꝑ oīa diligeret. Sed iſte Fabricius noluit ſibi conſentire: ſed oīa ſibi ꝓmiſſa contēpſit. qđ rex valde admirabat̄: ⁊ ipſum cōſtantē amicū ⁊ fidelē amatorē cōſiderās oēs captiuos romanoꝝ tribuit ſibi: ac pacē ⁊ dilectionē cū romanis decetero petijt: quā ꝑ ip̄m obtinuit. Ex qua hiſtoria habet̄ quāta bona ꝓueniūt ex fideli amore. ¶

Sed timendū eſt ꝙ duo genera hoīm impediūt veraꝫ dilectionē: videlꝫ iracūdi ⁊ inuidi. Dicit enī Ariſtoteles iiij. ethicoꝝ. ꝙ tria ſunt genera iracundoꝝ. Quidā ſunt acuti: ⁊ tales ſunt illi q̄ leuiter iraſcunt̄: ⁊ cito quieſcunt ⁊ illud eſt bonū ⁊ optimū qđ habent ꝙ nō retinēt iram in corde celando maliciā vſqꝫ ad tēpus vindicte. Scđo quidā ſunt amari q̄ in ira ſua diu ꝑſeuerant: ſed occultant ⁊ nō oſtendūt exterius: donec poterūt vindicare: ⁊ iſti indigēt multo tp̄e: vt deleāt melancoliā ſuā. Tertiū ſunt difficiles q̄ nunꝙ ceſſant ab ira cōcepta donec vindicent̄: ⁊ iſti ſunt peſſimi ⁊ vindicatiui: ⁊ deſtructores charitatis. Un̄ refert Seneca libro ſuo de ira. de q̄dā iudice furore ⁊ ira ſuccēſo: q̄ cōdēnauit tres milites innocētes iſto modo. Unū iuſſit occidi: qꝛ venit ad illuꝫ ſine cōmilitone: imponēs ei falſe ꝙ ſociū ſuū interfecit Cū ergo alius miles ex precepto iudicis duceret ipſuꝫ ad mortē obuiauit ſocio militis ſano ⁊ incolumi qui rediens ad iudicem preſentauit ſibi militem dannatum ꝛ ſociū cōmilitonem: qđ videns tyrannus: oēs tres occidi iuſſit. Primū quia dānatus fuit. Scđm quia cauſa dānationis fuit. Et tertiū quia iudici non obediuit. Et ideo ſubdit Seneca. O ꝙ̄ prona eſt iracūdia ad fugiendū cauſas vindicte. Habet ergo iracūdia hoc malū: ꝙ non vult regi veritate/nec iuſticia/nec ratiōe: ſed ſi aliquid ſit cōtra eius voluntatē: ſtatim nititur ſe vindicare. Et ideo cōſulit nobis Jacobus apl's Jacobi. i. Sit oīs homo tardus ad iram. Ira enim viri iuſticiam dei nō operatur. Ira enim in puniendo neſcit modum ꝛ ideo iudices ꝛ prelati nō debent ſe vindicare ſtante motu iracundie ſue. Hinc narrat Ualerius libro. iiij. de quodā philoſopho ſapiente: qui iratus ſeruo ſuo dixit ei. De te ſumerē vindictā ſi iratus non eſſem: ꝛ ſic diſtulit iuſticiā correctionis donec habuit patientiā. Unde dicit Ariſtoteles lib. de aīalibus. ꝙ apis poſtꝙ̄ perdidit aculeū ſuū cito moritur. Modo cōſimili eſt de homine iracundo q̄ exercēdo maliciā cōtra ꝓximū ſuum verbo vel opere: ledendo eū in bonis temporalibus in fama aut perſona: ipſe ſpiritualiter interficit ſeipm̄. Et ideo dicitur Job. v. Uirum ſtultū interficit iracundia: ꝛ paruulū occidit inuidia. Unde habet Apocalipſi. vi. ꝙ Johannes vidit equū rufum: ꝛ qui ſedebat ſuper eum data fuit ei poteſtas ſumere pacem de terra. Moraliter per iſtum equū intelligo iracundū ſuper quē diabolus habet poteſtatē adducendi de peccato in peccatum: qꝛ tanta eſt malicia in cordibus hoīm ꝙ diabolus habet poteſtatē ſuſcitandi bella ꝛ diſſenſiones quaſi ī toto orbe. Et ideo conſulit Sapiens Prouerbioꝝ. xxij. Noli eſſe amicus homini iracundo. Inuidi etiam vt di xi impediuit verā dilectionē. Unde dicit Petrus rauē nenſis omelia.iiij. ꝙ inuidia fecit ꝙ tota latitudo terre duobus fratribus erat anguſtata: ip̄a. cōſulit germanū occidere. Et ſubdit. Ōibus malis peioꝛ inuidia. Hec Petrus. Uñ habet.ij. Machabeoꝝ.xiiij. ꝙ Nichanoꝛ dux exercitus regis Demetrij videns animi audacias Iude machabei: petiuit ab eo amicitiā: ⁊ ꝑcuſſerūt fedus. Qđ ꝑpendēs Alchimus ꝗ fuit ſūmus ſacerdos ī Iudea: narrauit regi Demetrio ꝙ Nichanoꝛ aſſentiret alienis regibus: ꝙ inſidiatoꝛē regni faceret ſuū ſucceſſoꝛē. Qđ audiēs rex Demetrius: iuſſit Nichanori ſub pena ſui capitis ꝙ caperet Iudā: ⁊ vinctū ꝓduceret ad eū. Quibus auditis fugit Iudas: ⁊ poſtea amputauit caput Nichanoꝛis. Ex qua hiſtoria patet ꝙ ex inuidia multa mala oꝛiunt̃: ⁊ ideo ip̄am fugiēdo verā dilectionē capiamus: vt vitā poſſideamus eternā. Quā nobis concedat qui ſine fine viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Sermo.x.

VEnite. Chariſſimi dicit beatus Auguſtinus ꝙ tria genera hominū veniunt ad ſermonē. A Aliqui enī veniunt qui non delectātur audire verbum dei: imo vix timent penas eternas. cuiuſmodi ſunt indurati in peccatis: ⁊ iſti non referūt fructum ſermonum: quia non habent humoꝛem gratie. Secundo aliqui veniunt ⁊ delectantur audire verbuꝫ dei: timentqꝫ penas: ſed non peccata deſerūt: quia ſuffocantur diuitijs huius mundi ⁊ voluptatibus. ⁊ ideo nō referūt fructū: vt dicitur Luce.viij. Tertio veniunt aliqui cū bono ꝓpoſito recedēdi a pctīs ⁊ ꝑſeuerādi in virtutibus: de quibus dicit in euāgelio Luce.vi.

Venerant vt audirent eum:⁊ ſanarent a languorib⁹ ſuis. Et iſto modo venerũt omnes boni ⁊ virtuoſi. Vt ergo poſſim⁹ iſtã conditionẽ habere orem⁹. Pro ꝓceſſu huius ſermonis eſt breuiter aduertendũ ſm Berñ. ſermone. iiij. de aduentu ꝙ triplex eſt aduentus xp̄i ſꝫ tria tempora. Xp̄s enim venit ad hoĩes in preterito humanã naturã aſſumendo humiliter. Scd̄o venit ad hoĩes in p̄ſenti gratiã ſuã copioſe nobis infundendo. Et tertio veniet contra hoĩes in futuro: pc̄tã in iudicio potenter puniẽdo. In primo aduentu venit generaliter ꝓpt hoĩes tam bonos q̄ malos. In ſcd̄o aduentu venit tantũmodo: in bonos. Et in tertio aduentu veniet ꝯtra malos. In primo aduentu filius dei ꝑ ſuã incarnationẽ filius hoĩs efficitur. In ſcd̄o aduentu filius hoĩs fili⁹ dei ꝑ grãm efficit ſiue ꝯſtituit. Et in tertio aduẽtu q̄ inuentus fuerit filius diaboli penis eternis deputabit. Primo et principalit̃ dixi ꝙ xp̄s venit ad homines humanam naturam humiliter aſſumendo. Vñ circa aduentũ xp̄i tres poſſũt queri q̄ſtiones. Priã q̄s ẽ ⁊ q̄lis fuit q̄ noſtrã naturã aſſũpſit. Scd̄a q̄ſtio ẽ quō naturaꝫ humanã aſſũpſit. Et tertia ẽ q̄ de cã venit ĩ hũc mũdũ vt fieret hō mortalis. Ad primã q̄ſtionẽ rñdetur: ꝙ erat filius dei ⁊ nõ angelus: nec aliquis alius ſanctus exiſtẽs in hoc mundo. Et cauſam ponit beatus Anſelmus libro ſecundo. Cur deus homo. Nam angelus non potuit: quia ex ſeipſo ĩſufficiens ſatiſfacere pro peccato ꝓprio. Nec purus homo eadem ratione. Ideo venit chriſtus deus factus homo: quia ſicut fuit verus dominus ⁊ deus eternaliter: ita temporaliter factus fuit verus homo. Inquantum erat deus potuit ſatiſfacere pro peccato humano. Conueniens eniꝫ erat vt homo ꝓ hoĩc ſatiſfaceret. Sed quia nullus homo purus hoc potuit: conuenientiſſimũ erat vt deꝰ homo hoc faceret

B Sed hic queritur litteraliter qualiter vna perſona diuina potuit incarnari non incarnata alia. cũ opera trinitatis ad extra ſint indiuiſa: et tũc ſic. q̄re magis filius fuit incarnatus ꝙ̄ pater ꝛ ſpiritusſanctus Exẽplũ quantũ ad primũ hꝫ in experientia de tribꝰ puellis induentibꝰ vnã illaꝝ: quaꝝ quelibet ad illã induitionẽ fecit idem qđ altera: ꝛ tamen ſola vna induitur. Eodem modo eſt de xp̄i incarnatione/ quã quelibet triũ ꝑſonarum operabatur in filio. Unde quandoqꝫ ipſa incarnatio attribuit᷑ patri. vt patet per illud Apo. ad Gal. iiij. Miſit deus filiũ ſuum natũ ex muliere. Et aliquando attribuit᷑ ſpirituiſancto: vt habetur Luce. i. Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Et aliquando attribuit᷑ xp̄i filio. Johan. xvi. Exiui a patre ꝛ veni in mundum. et tamẽ ſolus filius fuit incarnatus. Et hoc propter varias rationes. Prima ratio eſt. quia ſm̄ ꝙ dicũt doctores filiꝰ dei eſt imago patris ꝛ ſimilitudo. et homo quando peccauit deſiderauit ſimilitudinem dei et dyabolus quãdo tentauit hominem immiſit ſibi ꝙ fieret ſimilis deo: vt patet Geneſis. iij. Ita ꝙ dyabolus in tentando ꝛ homo in deſiderando ſpecialius deliquit contra filium qui eſt ſimilitudo patris ꝙ̄ contra patrem vel ſpiritumſanctum: ꝛ ideo filio dei magis conueniebat venire ꝙ̄ ſpirituiſancto. Secunda ratio eſt quia in tranſgreſſiõe parentis primi iniuria facta concernebat filium ſpecialiter quia erat contra ſapientiam appropriataꝫ filio. Unde dixit dyabolus. Eritis ſicut dij ſcientes bonum ꝛ ma ſum. Non dixit potentes vel clementes: et ideo conuenienter filius potius ꝙ̄ pater vel ſpiritusſanctus fuit ĩcarnatus: vt miſeretur homini ⁊ vindicaret᷑ de dyabolo Tertia ratio fuit vt ille q̄ fuit filiꝰ dei in diuinitate eſſet filius hominis in humanitate. Cū ergo querit᷑ primo ⁊ principaliter qualis fuit qui fuit incarnatus. Dico ſicut prius ꝙ vere filius dei in propria perſona: nō angelus nec homo tm̄ ſꝫ verus dei filius ad hoc admonet ratio ſpecialis ⁊ eſt hec. Nā homo qñ fuit factus ⁊ prio fuit creatꝰ ad libertatē ⁊ dignitatē ꝙ nulli fuiſſet ſubiectus: niſi ſoli deo ſꝫ oīa alia deberēt ſibi ſubij̄ci. iuxta illud Pſal. Oīa ſubieciſti ſub pedibus eius oues ⁊ boues. ⁊c̄. Et cauſa fuit vt ip̄e diligeret deū ſuꝑ oīa. Sed poſtꝙ̄ cecidit ab illa dignitate ſi homo vel angelus ip̄ꝫ redimeret oporteret hominē eū diligere ſupreme: et ſic tūc nō fuiſſet reſtitutus ad tantā libertatē ad quantaꝫ creatus fuit: ⁊ ideo deus venit ꝓ illo in carnē vt totum amorē humanū vendicaret ſibi: vt hō nullū preter deū ſumme diligeret. Iſtud teſtat᷑ euangeliſta: dicens. In ꝓpria venit. Et ſequit᷑ ꝙ dolendū eſt. Et ſui eū non receperūt. i. illi q̄ ꝑ ſuā creationē ⁊ redēptionē ſūt ſui ip̄ꝫ nō receperūt ꝑ bonā vitā: ſꝫ vilipenderūt ꝑ ſuꝑbiā/ inuidiam/ ⁊ accidiā. ⁊c̄. Nec hn̄t in memoriā fidē ſue incarnationis quō humiliauit ſeip̄m ꝓ generis humani ſalute ad ſuſtinendum tot iniurias ⁊ miſerias: famē/ ſitim: et opprobria/ detractiones/ infirmitates/ ⁊ penas/ et tandē mortē duriſſimā: ⁊ ideo de talibꝰ ingratis peccatoribus cōquerit᷑ dn̄s Johan. v. dicens. Ego veni in nomīe patris mei ⁊ non accepiſtis me. Si alius venerit in noīe ſuo: illū accipietis: quaſi diceret filij regum et dominoꝝ mortalium ⁊ ſeruientes illorum cum honore recipiens a vobis: ſȝ me q̇ ſū dei filius regis eterni nō vultꝭ recipe. ¶ Sed hic q̄ritur quare filius dei ꝑ tantū tempus diſtulit ſuā incarnationē. Dicit ẜm ſanctū Thomā de veritatibus theologie: ꝙ propter cauſas in ẜmone de filiatione aſſignatas: quaꝝ hec eſt precipua: videlicȝ vt manifeſtaret diuinā iuſticiā. Per hoc eni ꝙ ꝑ tantū tempus ſuā incarnationē diſtulit: in primos parētes exulantes a paradiſo ſuā iuſticiā in puniendo oſtendit: ſȝ ꝙ illos tandem ꝑ ſuā paſſionē redemit ſuā grām ⁊ miſericordiā demonſtrauit. Et iō dicit apl's. i. ad Thimo. i. Jeſus xp̄s venit in hunc munduȝ peccatores ſaluos facere. Ad ſcḋam queſtionē reſpondet ꝙ quattuor modis hō ꝓducit in hunc mūdū. Prim⁹ modus eſt ſine viro ⁊ femina: et iſto modo fuit Adam creat⁹ a dn̄o. ſecundus mod⁹ eſt de viro ſine femina. Et ſic Eua fuit facta de coſta Ade: vt hr̄ Geñ. ij. Tertius modus ē de viro ⁊ femina ⁊ iſto modo genus humanū ꝓducit totuȝ: ſed cū peccato originali. Quartus modus eſt de femina ſine viro. Et iſto mō fuit ꝓductus filius dei ꝑ operationē ſpiritusſancti. et iſte modus incarnationis fuit mirabiliter p̄figuratus in antiqua lege. Primo ꝑ vgā Aaron. de qua dr̄ Numeri. xvij. ꝙ ſine arte alicui⁹ floruit ⁊ ꝓduxit amigdala. Mō ꝯſimili maria q̄ ꝑ virgam Aaron deſignat: floruit ꝑ virginitatem ⁊ ſanctitatē. ⁊ ꝓtulit filiū ſine cōiunctione virilis conſortij. Scḋo fuit p̄figurata ꝑ rubū Moyſi. De quo habetur Exodi. iij. Cū venit Moyſes ad montem dn̄i ⁊ apparuit ei dominus in flamma ignis in medio rubi: ⁊ videbat ꝙ rubus ardebat ⁊ non cōburebat. Modo conſimili Maria virgo ardebat intus igne ſpũſſancti qñ concipiebat in ſeip̃a verũ deũ ⁊ hoiem ſine combuſtione ⁊ corruptione carnalis voluptatis. Itẽ iſte aduẽtus fuit ꝓphetatus per Iſaiã. vij. dicentẽ. Ecce virgo cõcipiet, ⁊ pariet filiũ ⁊c. Itẽ fuit ꝓphetatus ꝑ Iacob dicentẽ. Geneſ. xlix. Nõ auferet ſceptrũ de iuda: id eſt de illa tribu/nec dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt. vnde xp̃s incarnatus fuit in tẽpore Herodis alienigene: qui fuit de natione ydumeoꝝ: quia poſt xp̃i natiuitatem nullus regnauit ſuꝑ iudeã qui fuit de tribu illa. Item iſte aduentus fuit mirabiliter oſtenſus ꝑ euidentiam multoꝝ miraculoꝝ. Dicit enĩ Oroſius de ormeſta mundi/⁊ etiam Methodus ⁊ magiſter in cronicis ſuis: ꝙ in aduẽtu dñi tãta pace vniuerſalis orbis gaudebat ꝙ toti mũdo vnus imperator romanoꝝ pacifice dominabatur: ita ꝙ aduentus eius pacificus pacẽ oĩbus demonſtraret. Et ideo dicit apl'us ad Epheſios. ij. Veniens euangeliſauit pacẽ his qui longe ⁊ his qui ꝓpe erant. In cuius ſignũ angeli in ſuo aduẽtu clamauerũt pacẽ dicentes. Gloria in excelſis deo ⁊c. Luce. ij. Et ideo Romani templũ pacis conſtruxerunt pulcherrimũ: in quo ſtaturam poſuerũt Romuli: qui conſulentes Apollinem quẽ ꝓ deo colebãt ꝙ̃diu ſtaret illud templũ. Et reſpõſum fuit ꝙ duraret quouſq; virgo pareret filiũ: ⁊ tunc ſcripſerunt in foribus templi litteris aureis. Templũ pacis eternũ. Quod templũ eadem nocte qua xp̃s naſcebatur corruit: in ſignum ꝙ virgo peperit. Item habetur in hiſtoria ſcolaſtica: ꝙ ante aduentum domini tres ſoles apparuerunt in oriẽte: qui paulatim in vnũ corpus ſolare redacti ſunt. Et hoc fuit factum ad deſignandū ꝙ xp̄s fuit natus:in quo fuerunt tres nature q̄ in vnā ꝑſonā conuenerūt:videlʒ caro/diuinitas/et anima. Itē iſte aduētus fuit denūciatus paſtoribus vigilantibus ſuꝑ gregem ſuū:ſicut bis in anno conſueuerunt:videlʒ in vtroqʒ ſolſticio. Primo eſtiuali circa feſtū ſancti Johānis baptiſte:ꝛ ſc̄do hyemali circa feſtū natiuitatis xp̄i. Quia ſolē gentiles tanꝙ deū colebant. Apparuit eis āgelus dn̄i:ꝛ xp̄m natū de virgine nunciauit. Et quō cū cognoſcerent:dedit eis ſignū dicens. Ite in bethleem ꝛ inuenietis infantē pannis inuolutū ꝛ poſitū in preſepio:inter bouē ſcʒ ꝛ aſinū. Luce.ij. Ex quibus ſequitur manifeſte ꝙ modus ſue incarnatiōis fuit mirabiliter prefiguratus:ꝛ multipliciter prophetatus:necnō ꝑ miracula euidentias mirabiles demōſtratus. Tertio principaliter querebat᷑ de cauſa quare venit in mundū hunc vt fieret homo mortalis. ℟ Reſpondetur ꝙ ꝓpter diuerſas cauſas. Prima fuit ꝙ natura diuina non potuit ſuſtinere opprobria ꝛ penas:cū ſit īmortalis ꝛ ſemꝑ ꝑmanens. ꝛ ideo oportuit illā inducere aliā naturā in qua poſſet ſuſtinere:ꝛ genus humanum redimere. Secunda cauſa fuit vt tanta foret humilitas in xp̄o q̄ redemit genus humanū : quanta fuit ſuꝑbia in Adam q̄ ſcʒ infecit genus humanū:ꝛ qꝛ tanta ſuꝑbia fuit in eo ꝙ voluit equiparari ipſi deo in ſciētia:ecōtra tanta fuit humilitas in xp̄o ꝙ voluit eſſe homo mortalis Tertia cauſa fuit ad redimēdū genus humanū a poteſtate diaboli:in qua erat ligatū a tp̄e quo peccauit Adam vſqʒ ad aduentū dn̄i. Et tria erant vincula quibus homo erat ligatus:vinculū ſcʒ pc̄ti originalis:vinculum pene infernalis:ꝛ vinculū miſerie coporalis. Iſta tria vincula xp̄s poſt ſuū aduentū in paſſione diſſoluit: ⁊ ianuā celi aperuit q̄ oībus erat clauſa: ⁊ illi q̄ fuerūt detēti ſub his vinculis multū deſiderabāt aduentū dn̄i. Vn̄ dicit ꝓpheta Aggeus cap̄. ij. Veniet deſideratus cūctis gētibus. Vn̄ ante aduentū xp̄i totū genus humanū errabat a via q̄ ducebat ad celū. Figura huius habetꝛ Exodi. xvi. quō filij Iſrael errauerūt in ſolitudine quadraginta annis: nec potuerunt intrare terrā ꝓmiſſionis quouſqꝫ Joſue filius: Nun ſucceſſoꝛ Moyſi eos introduxit. Unde ⁊ genus humanuꝫ in erroꝛe ꝑmāſit: donec Jeſus filius dei venit ⁊ naturā noſtrā aſſumpſit: in qua moꝛtē ſuſtinuit: ꝑ quā nos ī celū introduxit. ⁊ iō dicitꝛ Luce. xix. Venit filius hoīs querere ⁊ ſaluū facere qđ perierat. Dicūt doctoꝛes ꝙ aīe ſctōꝝ ſine pctō moꝛientiū deſcēderunt ad lymbū patrū ante xp̄i aduētū: vbi nullā ſentiebāt penā coꝛpoꝛalē ardoꝛis vel frigoꝛis: ſed tm̄ fuerūt in vno loco obſcuriſſimo carētes viſione beatifica dei quā maxime deſiderabāt ⁊ expectabāt: cuiuſquidē viſionis carētia fuit illis maxima pena. Nā ſm̄ Aug'. Maximū gaudiū ſāctis in celo erit viſione dei beatifica. Et iō clamat eccleſia ī ꝑſona coꝝ q̄ erāt in lymbo: rogās ad patrē celeſtē mittere filiū ſuū ad redimēdū genus humanū ab illa ſeruitute dicēs. Excita dn̄e potentiā tuā ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. Cui concoꝛdat antiphona O adonay ⁊ dux domus iſrael ⁊c. veni ad redimēdū nos in brachio extēto ⁊c. Habetꝛ enī in hiſtoꝛijs Romanoꝝ ꝙ qdā imperatoꝛ habebat filiā quā tenerrime diligebat: q̄ dolo ⁊ fallacia cuiuſdā militis rapta ⁊ violata tandē ꝑ bonū virum ⁊ valentē reducta fuit ad imperatoꝛē q̄ eā cuiuſdā nobiliſſimi regis filio deſpōſauit. In nuptijs aũt dedit imperatoꝛ filie ſue tunicā purpureā: ī cuius extremitate erat ſcriptũ. Oīa dimiſi tibi ne adijcias. Scđo dedit ſibi anulũ aureũ: in cuius circuitu erat ſcriptũ. q̇d feci tibi ⁊ quare attendas. Moꝛaliter ꝑ imperatoꝛē iſtũ intelligo xp̄m dei filiũ: ⁊ ꝑ filiam animā que fuit rapta a diabolo ꝑ peccatũ. tandē per xp̄i incarnationē ⁊ paſſionē reconſiliata fuit ⁊ deo coniuncta. Per tunicā intelligo xp̄i coꝛpus rubꝛicatũ paſſione. In hac tunica erat ſcriptũ: oīa dimiſi tibi: quia redemi: ⁊ ideo ne adijcias. In cuius figura ſcribit Iohis. viij. ꝙ poſtꝙ̃ digito ſcripſit in terrā: dixit mulieri in adulterio depꝛehenſe. Uade ⁊ iā amplius noli peccare. Per anulũ aureũ intelligo vultus xp̄i laterale: in quo erat ſcriptũ. quid feci tibi memēto: ꝙ meip̄m exinaniui foꝛmā ſerui accipiens Sed quare: vt poteſtate diaboli te liberarē ⁊ ad regnũ ꝑditũ introducerem. Sed q̇d feci: nunq̇d me humiliaui hoīem: vt hoīem perditũ redimerē. ⁊ ideo dicit xp̄s in euangelio Mathei. xx. Non veni miniſtrari: ſed miniſtrare: ⁊ dare aīam meā ī redemptionē ꝓ multis. E

In iſto nāqꝫ aduentu xp̄s oſtendit mirabilē humilitatē mirabilē paupertatē: ⁊ mirabilē penalitatē contra tria peccata: ſcʒ ſuperbiā/ auariciā/ ⁊ luxuriā. quia dicitur. i. Iohis. ij. Omne quod eſt in mundo: aut eſt concupiſcentia carnis: aut concupiſcentia oculoꝝ: aut ſuperbia vite. Ad deſtruendũ vero ſuperbiam vite: oſtendit mirabilem humilitatē. Dicit eni Ptholomeus in ſuo almageſti: ꝙ ſol eſt centies ſexageſies maioꝛ ꝙ̃ tota terra: ⁊ tamen apparet in conſpectu noſtro vix bicubite quantitatis. Modo conſimili xp̄s eſt maioꝛ oī creatura:non tm̄ centies.⁊c̄.ſed infinities excedit omnē creaturam in potentia ⁊ virtute:⁊ hec fuit mirabilis humilitas ꝙ ille qui ſua diuinitate replet totum mūdū in tā paruo corpore voluit concludi.Nā dicunt doctores ꝙ xp̄s fuit minimꝰ homo qui fuit vnꝗ̄ vel erit/qꝛ ī primo inſtanti quo conceptus fuit de virgine fuit ꝑfectus homo ſicut ꝑfectus deus.Inquantū hō fuit humiliauit ſe inferiorē patri celeſti ipſemet dicente in perſona hominis.Pater maior me eſt: ſed fuit ei equalis in diuinitate.Secundo fecit ſe inferiorē angeloꝝ inquantum fuit hō mortalis ⁊ angelus ē imortalis.Tertio fecit ſe īferirē hoīe:qꝛ vt dicit Luce.ij.Subditꝰ erat illis.ſ.Joſeph ⁊ marie.Ex q̄bus pꝫ ꝙ xp̄s in ſuo aduentu ſūmam humilitatem oñdit.Et ideo dicit Johan.vi. Deſcēdi de celo non vt faciam volūtatem meā:ſed volūtatē eiꝰ qui miſit me patris.Secundo oſtendit in eius aduentu mirabilem paupertatem.Unde Chriſoſtomus ſuper Matheum opere imperfecto:omelia ſecunda.Nunquid inquit viderunt magi venientes ad chriſtum palacium auro ſplendidum.Nunquid viderunt matrem diademate coronatam: aut in lecto aureo recumbentez. Nūquid viderunt puerum auro ⁊ purpura indutuz aut ornatum.quaſi diceret non.ſed viderunt diuerſorium tenebroſum ⁊ ſordidum magis animalibus aptum ꝙ̄ hominibus:in quo nemo erat contentus iacere:niſi coactus.Et ideo dicitur Luce ſecundo. Mater eius reclinauit in preſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Diuerſorium enim vt dicit magiſter Hyſtoriarum erat diuiſum in duas partes ⁊ diſperſum operimentum habens:ſub quo ciues ad colloquendū quādoq; ꝓ aeris intẽperie diuertebãt. Vel ſm quoſdam habet ꝙ ruſtici ⁊ ſimplices patrie qui veniebant ad foꝝ aīalia ibi ligabant: et ibi erat preſepe conſtructũ. ¶ Sed q̄rit doctor de lyra: quare xp̄s voluit naſci in tanta paupertate. Et rn̄det ꝓpter duas cauſas. Prima ē ꝙ xp̄s venit ad predicandũ populo veritatē: ipſo dicēte. Joh. xviij. Ego ad hoc natus ſũ ⁊ ad hoc veni in mundũ vt teſtimoniũ ꝑhibeam veritati. Cũ ergo predicator veritatis multũ impedit̄ ꝑ ſollicitudinē tēporaliũ. ideo elegit paupertatem vt liberi⁹ vacaret predicationi. Secũda cauſa fuit vt peccatores ꝯuerteret ad penitētiã. Unde ipſemet dicit Math. ix. Non veni vocare iuſtos ſ3 pctõres ad penitentiã. Et ideo ne iudei ſuſpicarent̄: ꝙ ꝓpt̄ diuitias tēporaliu3 pctõres ꝯuerterent poti⁹ elegit pauꝑtatē ꝙ̄ diuitias temporales. Tertio xp̄s oſtendit ĩ ſuo aduentu maximã penalitatem contra carnis luxuriam Unde experientia docet: ꝙ quanto alicuius caro ſit tenerior: tanto pena acerbior. Sed caro chriſti fuit tenerrima: quia ſuſcepit carnem de puriſſimis guttis ſãguinis virginis glorioſe. Ut dicit Augu. ſuꝑ Pſalmũ In te dñe ſperaui non confundar ineternum: et in iuſticia tua libera me. ⁊c. Uenit celeſtis medicus ad terram ſuſcipere contumelias: ⁊ dare honores. Haurire dolores ⁊ preſtare ſalutem. Subire mortem ⁊ dare vita3 vt vitam habeant ⁊ abundantius habeant. ¶ Secũdo principalit̄ dixi: ꝙ xp̄s ꝓ tēpore venit in hoīes mētem humanã copioſe ſua gr̄a illuſtrãdo. Circa iſtũ aduētu3 eſt aduertendũ ꝙ xp̄s venit in mentē humanã triplici de cauſa: videlicet ad informandum quid faciendum et quid fugiendum ſit: Et hoc eſt prudentia que eſt virt⁹ cardinalis fugere videlicet ⁊ cauere malũ ⁊ vitioſum ⁊ imitari bonũ ⁊ virtuoſũ. Iſtã lectionem ſũme deſiderabant boni ⁊ virtuoſi. Et ideo eccleſia iſto tempore clamat in antiphona. O ſapientia q̄ ex ore altiſſimi ꝓdiſti. ⁊c̄. veni ad docendũ nos viã prudentie. Et quare q̄ro viam prudentie: qꝛ prudẽtia ſpũalis eſt regimẽ vite virtuoſe: eo ꝙ docet hoiem quid eſt malũ/quid placet deo ⁊ quid diſplicet deo. Ex q̄bus ſeq̄tur ꝙ ē neceſſaria ad ſalutẽ. Et iō dicit Sapiens Prouer. ij. Prudẽtia ſcʒ ſpũalis ſeruabit te vt eruas a via mala: ⁊ ducet te in vias bonas docẽdo te fugere peccata: ⁊ facere ea que ſunt neceſſaria ad ſalutẽ anime. Iſtam prudentiaʒ xp̄s docuit. Johan. iiij. Scio qꝛ Meſſias venit: ſcilicet ꝑ carnis aſſũptionẽ: ⁊ cũ venerit per ſalutis informationẽ: annũciabit nobis oīa celeſtia ad appetendũ: ſʒ terreſtria ad relinquendũ: et iudiciũ vltimũ ad metuendũ Unde Seneca in libro de copia vboꝝ. Si inquit prudens eſſe cupis preſentia ordina: preterita recordare/⁊ futura preuide Unde q̄ nihil ꝓmeditatur: omnia mala ĩcaute incurrit. Hec ille. Unde hanc prudentiam docuit angelus domini Danielem: vt habetur Danielis q̄rto vbi ſic inquit. Ego veni vt indicarem tibi ⁊ docereʒ te: quoniam vir deſideriorum es: id eſt vir deſiderãs doctrinam. Unde dicit Ariſto. in Ethicis: ꝙ ſicut ad ſanationẽ ⁊ medicinas req̄runt virtutes: vt prudẽtia/iuſticia/⁊ humilitas. ſic iſta doctrina xp̄i non poteſt habitare niſi in mentibus puris ⁊ ſanctis qui mandata dei cuſtodiunt dicente chriſto Johannis. xiiij. Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit: et pater me⁹ diliget euʒ et ad eum veniemus: ⁊ manſionem apud eum faciem⁹.

ħ Sed timendū eſt ꝙ multi iſtis diebus magis adiſcunt doctrinaȝ ⁊ prudentiam mūdanam q̃ ſpūalē prudentiam: quia iam nullus reputatur prudens niſi ſciat multas diuitias per ſuas cautelas falſas acquirere et ꝓximū defraudare ⁊ deſtruere: magis vero adiſcūt homines ad bancum regis placitare: q̃ ad eccleſiā dei cōuenire ſeu ibi orare: imo qui ſic faciūt reputant̄ ſtulti ſiue fatui. Et ideo dicit̄ Johānis.iij. Qui male agit odit lucem ⁊ nō venit ad lucē vt non arguantur opera eius Fures enī ⁊ latrones magis diligūt tenebras ⁊ nocteȝ q̃ diē ⁊ lumen. Sic mali nunq̃ vellent audire enormitatem pctōꝝ ſuoꝝ. De talibꝰ ꝯquerit xp̄s Joh.iij. Lux venit in hunc mūdū: ⁊ dilexerūt hoies magis tenebras q̃ lucē. et iō venit xp̄s in mentē humanā ad letificandū ⁊ confortandū: ſicut habet̄ in ſcriptura ꝙ multe tribulationes ⁊ anguſtie frequent̄ accidūt ꝓpter pctā hoim. Et ne pctōres in tēpore tribulationis inciderent in deſperationē ⁊ deſolationem xp̄s venit ꝑ ſuā gratiā interius nos per patientiā ꝯſolando. Dicit enim Boetius de ꝯſolatione philoſophie. ꝓſa.vij. ꝙ apud iuſtū ⁊ ſapientē nulla fortuna eſt mala: quia quilibet poteſt ſi voluerit retrahere fortunam ſuam ad bonū: quia ſi ſit aſpera ⁊ plena anguſtijs tunc poteſt trahere ad bonum patiendo ⁊ ſuſtinendo: ⁊ tunc eſt ſibi meritū ſi ſit leta ⁊ beneplacita: diſcat ea bene vti ⁊ in deo regulari. Et iō dicit Boetius. Omnis fortuna aſpera aut exercet ꝑfectos aut corrūpit īperfectos ſiue punit iniuſtos. ⁊ ideo non contribulantur quicquid tribulationis eis acciderit ſi ſint peccatores frequenter triſtantur. Et tunc niſi conſolent̄ per diuinā inſpirationē caderent in deſperationem. Hinc dicit Pſal. Letetur mons ſyon ⁊ exultēt filie iude ꝓpter iudicia tua dñe. Moꝛaliter ſyon ſignificat aīam iuſti q̄ alte ſituatur in cōtemplatione ⁊ deſpectu terrenoꝝ: ⁊ ideo habet magnā materiā letandi. Et ideo dicit̄. Letabitur iuſtus in dño. Filie iude vocātur penitentes ⁊ cōfeſſi: qꝛ Iuda cōfeſſio interpꝛetat̄. Peccatoꝛes qui habēt cōtritionē ⁊ lachꝛymas ꝓ peccatis ⁊ verā cōfeſſionē: bene poſſunt letari ⁊ dicere cū Pſal. Secundū multitudinē doloꝝ meoꝝ in coꝛde meo: cōſolationes tue letificauerūt aīam meā. Figura huius habetur. iiij. Regū. xix. Quomodo ſerui regis Ezechie q̄ peccauerūt cōtra deū venerūt ad ꝓphetā Iſaiā dicētes: ꝙ rex aſſyrioꝝ veniſſet cū magno exercitu ad deſtruendū regē Ezechiā. Et ſtatim ne caderet in deſperationē: cōfoꝛtauit regem ꝓpheta dicens. Uade ⁊ dic Ezechie ꝙ ego faciā eos cōuerti ad terrā ſuā: ⁊ deĳciam eos gladio. Quo audito rex eſt confoꝛtatus ⁊ cepit oꝛare. Iteꝫ habet in ſcriptura: ꝙ filij Iſrael ꝓpter ſua demerita fuerunt capti ⁊ ducti ad babilonē. Et ne caderent in deſperationē: dñs miſit ad eos Hieremiam/ Baruch/ ⁊ Ezechielē: ⁊ alios ꝓphetas ad confoꝛtandū eos ⁊ conſulendū: vt peterent veniā ⁊ miſericoꝛdiam a deo: ſtatimqꝫ cōpuncti coꝛde fleuerunt: ⁊ dñs liberauit eos de anguſtijs ſuis. Et ideo loquitur Iſaias cuilibet aīe peccanti. Surge illuminare Hieruſalē. Per Hieruſalem figurat̄ aīa humana que debet ſurgere a peccato: ⁊ recipere lumen gratie ⁊ ſpiritualis conſolatōis que conſiſtit in cōtritione ⁊ effuſione lachꝛymarū quā xp̄s venit ad dandū vere penitētibus de ſuis pctīs. et ideo nullus debet diffidere de eius mīa: vt dicit Amb.

Nemo conſcius pctōꝝ veterū diffidat. Deus nouit mutare ſententiā: ſi tu vis emēdare vitā. Hec ille. Et ideo xp̄m venientē ad aīam noſtrā firmiter cuſtodiamus: et nō ꝑmittamus eū a nobis recedere. Un̄ dꝛ in euāgelio Johis. iij. Spūs vbi vult ſpirat: ⁊ vocē eius audis: ſed neſcis vnde veniat aut quovadat. Neſcis inquit vnde venit: q: forte ſpūs venit in aīam tuā nō ratione ꝓpꝛij meriti: ſed ratione meriti alterius boni ⁊ virtuoſi q̄ oꝛat ꝓ te. Et qn̄ recedit neſcis quo vadit: nec quō eū recipies: ⁊ ideo bonū ſpiritū tenete vobiſcū. Unde dꝛ Johānis. xiiij. ꝙ qn̄ xp̄s receſſurus erat a ſuis diſcipulis coꝛꝑaliter mortē ꝓ nobis patiēdo ⁊ aſcēdēdo celū: ſui apoſtoli triſtabant̄ de ſui receſſione: ⁊ ideo ad eoꝝ conſolationē dixit. Non vos relinquā oꝛphanos. Uado et venio ad vos. Et ſequitur in. xvi. Jterū autem videbo vos: ſcȝ poſt reſurrectionē: ⁊ gaudebit coꝛ veſtrū: quod fuit impletū qn̄ miſit eis ſpiritūſanctū: qui in omni tribulatione conſolabatur eos. ¶ Tertio venit xp̄us in mentē humanā ad ſuggerendū ⁊ defendendū. Qualiter eni poſſet aīa humana ſuſtinere tot inſultus demonū: niſi haberet deū pꝛotectoꝛē ſuū. Et ideo dicitur Jſaie. xl. Ecce dn̄s deus in foꝛtitudine veniet: ⁊ brachium eius dominabit̄: ſcȝ ſuper oēm poteſtatē demonū. Unde dicit Uincentius in ſpeculo naturali lib̄. iiij. cap̄. xvij. ꝙ filius dei qui eſt ſumme miſericoꝛs hoī pꝛopter peccatū a facie eius expulſo in hoc exiliū lachꝛymarū: contra eius tres hoſtes tres oꝛdinauit defenſoꝛes. Cōtra malū angelū: oꝛdinauit bonū angelū ad ſuā cuſtodiam ⁊ defenſionē. Contra carnē oꝛdinauit ſuam moꝛtē Et contra mundū oꝛdinauit exempla ſanctoꝝ: qui mū⸗

dum ⁊ eius diuitias cõtempſerunt:⁊ ſic xp̃s venit vt ordinaret nobis defenſores contra inimicos noſtros.Uñ dicit Danieł.x.ꝙ Michael archangelus venit vt adiuuaret ꝑ ſe ⁊ miniſtros ſuos:ad defendendũ hoĩes contra inſultus demonũ.Cũ ergo gratanter ex ſua infinita bonitate venit ad nos ſpũaliter:videlȝ ad docẽdum cõfortandũ ⁊ defendendũ:nos debemus gratãter venire ad eũ tripliciter:videlȝ ꝑ cordis cõtritionẽ:oris cõfeſſionẽ:⁊ operis ſatiſfactionẽ.Primo inquã ꝑ cordis cõtritionẽ que ẜm doctores eſt dolor volũtarie accept⁹ cũ ꝓpoſito firmo nõ recidiuãdi ⁊ confitendi:quẽ dolorem oportet peccatorẽ habere in caſu quo vult veniã pctoꝝ obtinere.Exemplũ huius poſuit Holkoth ſuper primũ ſapientie dicẽs ꝙ naturales dicũt ꝙ eſt auis q̄dã habens faciẽ humanã:ſed eſt auis nimis crudelis ⁊ ferox:intantũ ꝙ interdũ pre famis inedia hoĩem inuadit ⁊ occidit:⁊ poſtq̃ ſitiens ad aquã vadit ⁊ potum ſumit:vbi faciẽ ſuã ꝓpriam intuẽs in aqua videt ſimilitudinẽ facici hoĩs:⁊ memor ſibi ſimilẽ occidiſſe:tantũ dolorẽ in corde patit᷑ vltra cibũ non ſumit ſed moritur. Spiritualiter hoc ꝗdem faciet peccator qñ videt filiuȝ dei ꝓ ſe incarnatũ ⁊ paſſum:ad cuius imaginem conditus fuit:⁊ ꝑ ſui peccati maliciã quantũ in ip̃o eſt occidiſſe:qđ intime cogitatus deberet plangere ⁊ dolere

R Sicut conſulit ꝓpheta dicens.Uenite ploremus corã dño qui fecit nos:ꝓ noſtra ſcȝ ingratitudine debemus venire ad xp̃m per oris confeſſionẽ.Unde Guilermus pariſienſis in libro de ſacramentis facit talẽ rationẽ ad probandũ ꝙ peccator tenetur pctã ſua homini confiteri dicens:ꝙ impoſſibile eſt aliquẽ iudicare in cauſa quā ignorat. Cum ergo confeſſor tuus ſedet inter te ⁊ deū: ergo ille non poteſt bene iudicare in cauſa tangente tuū peccatū: niſi ſciat quid feciſti. ſed non poteſt ſcire niſi dicas verbo/ſigno/vel aliquo alio modo: qꝛ pctā tua inter te ⁊ deū cognoſcunt: ergo oportet vt tu cōfitearis pctā tua: ⁊ poſtea iudicare habet ⁊ penitentiā ſalutarē imponere. Unde ſic ꝯſulit xp̄s in euāgelio Math. xi. Uenite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis onere peccatoꝝ: ⁊ ego reficiā vos: videlꝫ mūdando ſalubriter ⁊ pctā miſericorditer cōdonādo. Tertio debemus venire ad xp̄m ꝑ operis ſatiſfactionē: dicente Auguſtino libro de eccleſiaſticis dogmatibus: ꝙ ſatiſfacere eſt cauſas pctōꝝ excludere ⁊ eoꝝ ſuggeſtionibus viā preducere. Unde licet cōtritio ſatiſfaciat et confeſſio quo ad deletionē culpe: ⁊ homo ꝑ peccatum meruit penā eternā: ſed virtute confeſſionis ⁊ contritionis cōmutatur illa pena eterna in penā temporalē: a qua tamē pena tēporali liberat̄ ꝑ opera ſatiſfactiōis q̄ ſunt ieiuniū: ⁊ peregrinatio: elemoſyna ⁊ cetera huiuſmodi. Hinc cōſulit ꝓpheta dicēs. Uenite filij audite me: timorē dn̄i doccebo vos: qꝛ q̄ timet dn̄m faciet bona ſatiſfactoria pro pctīs ⁊c̄. Iſtis tribus modis debet homo venire ad deū: ⁊ cū eo gaudere in eternū. Tertio principaliter dixi ꝙ xp̄s veniet in tp̄e futuro ad iudiciū: ad iudicādum bonos a malis iuſtiſſime ſeparādo. Dicūt Aſtrologi ꝙ in firmamēto ſunt diuerſa ſigna in q̄bus ſol facit circulū ſuū de vno in aliud: ſed inter illa tria ſigna: ſcꝫ Leonis Uirginis ⁊ Libre ſol currit ſucceſſiue. L Spiritualiter per ſolem intelligo chriſtum dei filium: qui anteq̄ fuit incarnatus fuit in ſigno leonis: quia in antiqua lege fuit ſicut leo crudelis ſuper peccatores qꝛ ſtatim vindicauit vt patet in ſcripturis de ſodomitis ⁊ multis aliis. Sed poſtea tranſiuit in ſignum virginis quando naturam humanā aſſumpſit de virgine: tunc fuit humilis ⁊ miſericors cum pctōribus vt patet de muliere que fuit apprehenſa in adulterio. Johannis. viij. et multis aliis. Sed tranſibit in ſignum libre quando veniet ad iudicium ponderans opera bonorum ⁊ maloꝝ ⁊ diuidendo oues ab hedis. Dicit eniꝫ Albumazar in ſuo introductorio: ꝙ in ſigno libre aſcendit vir iracundus in ſiniſtra manu habens librā ⁊ in dextra pondera. Spiritualiter ꝑ illud ſignū intelligo aduentum xp̄i ad iudiciū in quo ponderabit oīa peccata viuorum ⁊ mortuoꝝ: tunc apparebit terribilis peccatoribus: ⁊ manſuetus electis: et nulli parcet quia non flectetur timore cum ſit potentiſſimus. Nec excecabitur muneribus quia eſt ſapientiſſimus: nec placabitur precibus quia eſt iuſtiſſimus. Ideo dicit Malachie. iij. Ecce veniet dn̄s exercituū: ⁊ q̄s ſtabit ad videndū eū. ⁊c. Vn̄ dicit Chriſoſtom⁹ ſuꝑ Matheū. Filij ꝓ parentibus nō intercedēt: nec angelij ꝓ hoībus: qꝛ natura iudicij p̄ces non recipiet: eo ꝙ ibi erit iuſticia ſūma. Nam ſicut gladius abſcondit in vagina ſic iuſticia dn̄i abſcondit in vagina miſericordie: ⁊ ideo amota miſericordia apparebit iuſticia: qꝛ omnes ſancti ⁊ angeli venient cum eo ad iudiciū contra peccatores. Et iō nullus poteſt ei reſiſtere. Vn̄ dicit Sapientie. xij. Quis ſtabit contra iudicium tuum: quaſi diceret nullus. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus in epiſtola ſua ad Voluſianum comitē premonendo ip̄m de equitate iudicij dicens. Cū venerit ille iuſtus iudex ꝗ nullius perſonam accepit: qꝛ nec ĩperatoꝛ: nec rex: nec epiſcopus ipſum auro corrũpere poteſt: tunc ſtabunt omnes anime vt referant q̄d fecerunt in corpoꝛe ſuo ſiue bonuꝫ ſiue malũ. Ibi ſtabit diabolus recitans verba ꝓfeſſionis quã feciſti ĩ babtiſmo ⁊ ſi vitã finiuiſti ĩ peccato moꝛtali dicet diabolus. O iuſte iudex iudica iſtũ eſſe meũ ob culpam quam fecit: qꝛ noluit eſſe tuus ꝑ gratiã: ibi nullus effugiet: q̄n reddat rationem de operibꝰ ſuis. Et ideo dicit Math. xxv. veniet dominus ⁊ ponet rationẽ cũ ſeruis ſuis: quia de oĩ verbo ocioſo reddet quis rationem in die iudicij. Hinc dicit Anſelmus in ſuis meditationibꝰ. O anguſtie erũt vndiq̄: quia ibi erunt peccata accuſantia intus ĩ cõſciẽtia: ⁊ deſuper iudex iratus: foꝛis totus mundus vrens: infra infernus hoꝛridum chaos: peccatoꝛ iſtis circũuolutis quo vel quomodo fugiet: quaſi diceret nullo modo. Ibi nullus poterit excuſari: quia ibi erit denudatio omniũ peccatoꝛum: ⁊ libꝛi erunt aperti in quibus quilibet leget pꝛopꝛia peccata ſua: Unde ap̄ls. i. ad Coꝛith. iiij. Ueniet dñs ⁊ illuminabit abſcondita tenebꝛarum ⁊ manifeſtabit conſilia coꝛdium. De iſto aduentu ad iudicium loquitur beatꝰ Hieronymꝰ. Siue comedo: ſiue bibo: ſiue aliquid aliud facio: ſemꝑ videt ſonare in auribus meis illa vox terribilis. Surgite moꝛtui venite ad iudicium. Iſtud iudiciũ eſt merito p̄cauendũ: qꝛ veniet ſubito cũ nõ ſperat. Math. xxiiij. ſicut fuit in diebꝰ Noe erant homines edentes ⁊ bibentes: ⁊ nuptui tradentes: ⁊ non cognouerunt: donec diluuium ſubito veniebat. Ita erit aduentꝰ filij hominis. Hic ꝯſulit nobꝭ xp̄s dicens. Eſtote parati: quia qua hoꝛa non putatis filiꝰ hominis veniet. Nam neqꝫ angeli: neqꝫ ſācti in celo ſciunt aduentū dei ad iudiciū. Unde chriſtus in euangelio dicit. De die illa ⁊ hora nemo ſcit. Et cām reddit Augu. viij. li. de ciuitate dei dicens. Sicut principiuz mūdi fuit a ſolo deo cognitū: ita ⁊ finis a ſolo deo eſt cognit⁹ vt hoīes vigilent in obſeruatione mandatoꝝ dei: et ſit parati ad iudiciū quia ſi ſcirent tunc deputarent partē vite ſue ad bene viuendū: ⁊ aliā ad male viuendum: et ideo voluit a ſenſu humano occultare diē aduentus ſui vt ſēper eſſent parati: quia ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtiqꝫ ⁊ non ſineret ꝑfudi domum ſuā. Mathei. xxiiij. M Nam diſcipuli xp̄i q̄ſierunt a xp̄o ſedente in monte oliueti. Dic nobis quando hoc erit ⁊ quod ſignum aduentus tui ⁊ conſūmationis ſeculi. Quib⁹ xp̄s rn̄dit. Surget gens contra gentem ⁊ ſeducent multos dicentes. Ego ſum chriſtus et cum videritis hoc: ſcitote quia prope eſt regnuz dei Dicit Hiero. ꝙ ante deſtructionem Hieruſalem multi ſurrexerunt q̄ dicebant ſe eſſe xp̄m Un̄ ante aduentum xp̄i ad iudiciū veniet Antixp̄s q̄ multos ſeducet. Et vt d̄t ſanctus Thomas de veritatib⁹ theologie. li. vij. ca. viij. Quattuor modis armabit Antixp̄s. Primo callida ꝑſuaſione ⁊ miraculoꝝ oꝑatione. Scd̄o donoꝝ largitione. Tertio tormentoꝝ exhibitiōe. Quarto ficta adulatione. Per primū. ſ. callidā ꝑſuaſionē p̄dicabit nouaz legem eſſe peccatū ⁊ falſiter eſſe repertam: ⁊ ſic legem xp̄i ſm̄ ſuum poſſe deſtruet ⁊ caſſabit. Secundus modus ꝯuertendi populum erit per falſa miracula: q: per artem magicā faciet multa miracula. Tertio decipiet ꝑ munera. Ipſe enim īueniet theſauros abſconditos ⁊

ſic ditabit multos qui propter auaritiã ad ip̄m conuertent. Quarto cõpellet populũ ꝑ minas quos aliter cõuertere non põt. Tanta enĩ erit tribulatio ante aduentũ xp̄i ad iudicium: ꝙ in errorē ꝯuertent ſeu inducent ſi fieri poteſt etiã electi. Et ideo aduentꝰ eſt timendus q: dicit in canonica Jude. Ecce veniet dñs in ſctis milibus ſuis facere iudiciũ ꝯtra oēs: ⁊ arguere oēs impios de oībus operibus iniquitatis eoꝝ. ¶ Sed timēdum eſt ꝙ multi iſtũ aduentũ non timēt nec ꝓuidēt q̄ ſibi tempus huius vite conceſſũ a deo agendi penitentiã inaniter ⁊ inutiliter ꝯſumũt dando ſe ocioſitati ⁊ accidie que eſt cauſa luxurie ⁊ multoꝝ maloꝝ vt dicit ſcriptura. ij. Regũ. xi. quō Dauid qñ ſe ocio dederat commiſit adulterium ⁊ homicidiũ. Itē Aug. li. iij. de ciuitate dei. dicit ꝙ ciuitas Romana qñ fuit dedita ocio et accidie populꝰ ciuitatꝭ factus fuit libidinoſus ⁊ vitioſus. Vñ dicit ꝙ accidia ē tediũ boni ſpũalis ex quo ſeq̄tur ꝙ nec in deo nec in diuinis laudibꝰ hō delectatur. Qñ enĩ q̄s reſpuit bonũ ſpũale: ⁊ q̇etē carnalem appetit: tũc ſine deuotiōe orat ⁊ legit: nec curat q̄litercũq; dies tranſeat. Cauēdũ igit ē pctm̄ accidie: ⁊ ꝟtuoſe operandũ eſt ꝓpꝫ mercedē ꝓmiſſã opantibꝰ ⁊ laborantibꝰ in vinea dñi. Q: vt dicit xp̄s Apoca. xxij. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecũ ē: reddere vnicuiq; ſcd̄m opa ſua: qd̄ eſt ꝯtra eos q̄ retinēt mercedē laborantiuꝫ ⁊ nō ſoluũt: qd̄ quidē pctm̄ clamat vindictã a deo. Xp̄s enĩ nō retinebit mercedē maloꝝ: nec bonoꝝ q: malis ⁊ ocioſis dabit penã eternã ꝓ mercede: bonis vero vitã eternam: cũ malis dicet. Ite maledicti in ignē eternuꝫ. Iſtud eſt verbũ terribile: q: tria mala patientur. Pͥo priuabūtur cõſortio dei:⁊ ideo dicit Ite. Scđo habebūt maledictionē dei:⁊ iđ dicit maledicti Tertio habebūt penã ſenſus infinitã:⁊ iđ dicit in ignē eternũ. Bonis vero ⁊ virtuoſis dicet. Venite benedicti patris mei: ꝑcipite regnũ qđ vobis paratũ ē ab origine mũdi. Math.xxv. Iſti ergo habebūt tria cõmoda. Nã primo habebūt diuinã p̄ſentiã:qđ notat cũ dicit Venite. Scđo habebūt dei benedictionē:qđ notat cũ dicit benedicti. Et tertio habebūt vitã ſempiternã ſiue interminabilē:⁊ hoc notat cũ dicit ꝑcipite regnũ. Ad qđ nos perducat ⁊c.

¶ Sermo.xi.

AMbulare. Chariſſimi doctores dicunt ꝙ via principalis ꝑ quã ambulandũ eſt verſus celũ eſt via increata q̃ eſt deus. Vñ dicit. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Iohis.xiiij. Ip̄e eſt via ſine errore:veritas ſine falſitate:vita ſine morte. Per hãc viam ſcȝ xp̄m dei filiũ ⁊ ꝑ fidē ⁊ iuſticiã debemus ambulare. Hanc viã deſiderãs ſcire ꝓpheta dicit. Notã fac mihi viã in qua ambulē. Sed hanc nõ poſſumꝰ cognoſcere ſine gr̃a ſpeciali. Ideo orandũ eſt. A Pro ꝓceſſu eſt breuiter aduertēdũ ꝙ ambulare debemus tripliciter. Primo caute quo ad noſmetip̄os. Scđo honeſte quo ad ꝓximũ. ⁊ tertio digne quo ad deũ. Primo ⁊ p̄icipaliter dico ꝙ debemꝰ caute ãbulare quo ad noſmetip̄os. Circa quod tria ſũt notãda. Primo ꝙ viator cautus caueat maloꝝ ꝯſortiũ. Scđo ꝙ reſpiciat ad pedes qñ tranſit in via ſtricta. Et tertio ꝙ ꝓuideat de cibarijs ⁊ veſtimētis q̃ ſũt ſibi neceſſaria. Primo dixi ꝙ viator trãſiens in via verſus celũ cauere dȝ a conſortio maloꝝ q̃ nitunt̃ ip̄m frequēter a bono ꝓpoſito ꝑverba mala ⁊ oꝑa impedire. Dicũt naturales ꝙ ſerpens vtit iſta prudẽtia qñ audit vocẽ incantatoꝝ volentiũ ipꝫ capere ꝓpter venenũ habẽdũ ad faciẽdũ tyriacã: ſerpẽs induſtria naturali hoc p̃cognoſcẽs: caput ſuũ inter ſpinas ſui corporis abſcondit: ⁊ vnã aurẽ apponit terre ⁊ aliã cauda ſua obturat. Moraliter ꝑ iſtos incãtatores ĩtelligo pctõres ⁊ vicioſos: alliciẽtes alios ꝑverba luxurioſa ⁊ alia oꝑa mala ⁊ exẽpla ad diuerſa pctã ad luxuriã homicidiũ ⁊ cupiditatẽ. Cõtra tales debemus hr̃e prudẽtiã ſerpẽtis: ſcꝫ obturare aures rõnales: vnã aurẽ obturare debemꝰ cũ meõria mortis nr̃e ne ꝯſentiamus coꝝ falſis blãdiciis: ⁊ aliã aurẽ obturare debemꝰ memoria paſſionis xp̃i: ⁊ eoꝝ blãdicias debemꝰ caute precauere: vt ꝯſulit ſapiẽs Prouer. i. Fili mi ſi te lactauerũt pctõres: ne acq̃eſcas eis. Figura ad hoc hr̃ Geñ. xxxiii. qñ iacob noluit ambulare cũ fratre ſuo: qr ſciuit ipm̃ eſſe malũ ⁊ iratũ cõtra ſe: ⁊ iõ prudẽter declinauit ſocietatẽ eius dicens. Noſti dñe mi ꝙ paruulos habeã teneros: ⁊ ſi vltra facerẽ eos ãbulare morerent̃ in via. In cuius ſignũ dñs nõ apparuit abrahe ꝙdiu habitauit cũ malis: ⁊ iõ fugit de caldea: qr hoies terre illius erãt ydolatre: vt hr̃ Geñ. xiii. Itẽ hr̃ Nũeri. xvi. ꝙ dñs precepit filiis iſrael ꝙ recederẽt a ꝯſortio maloꝝ. ſ. Dathan ⁊ Abiron dicẽs. Recedite a tabernaculis ipioꝝ ⁊ nolite tãgere ea q̃ ad eos ꝑtinẽt ne moriamini in pctĩs coꝝ. Iſto mõ fecit Thobias qñ hoies terre illius ibãt vt adorarẽt vitulos aureos quos fecit Hieroboã: hic ſolus fugiebat ꝯſortia illoꝝ. Thobie. i. Sic Sarra vxor Thobie filia raguelis fecit: q̃ vt habet Thobie. iii. dixit ſic. Nunq̃ cũ ludẽtibꝰ miſcui me: neqꝫ cũ his q̃ in le uitate ambulāt participē me prebui. Cōformiter q̄ cupiūt ambulare viā rectā versus celū: ⁊ nō ꝓponentes retardare: oportet ꝙ caute ⁊ prudēter ābulēt fugiendo cōsortia maloꝝ adulatoꝝ. B Unde adulatio fit tribus modis. Primo mō qñ aliq̄s laudat aliū de virtute quā nō habet. Scđo mō qñ aliq̄s nimis cōmēdat illud qđ habet. Tertio mō qñ q̄s approbat malū qđ habet: ⁊ hoc est pctm̄ mortale. De talib⁹ ad ꝓpositū loquitur Isaias. ca. v. dicēs. Ue q̄ dicitis malū bonū: ⁊ bonū malū. Adulatores dicūt ꝙ sup̄bia est honestas. Luxuria ē naturalis. Gula ⁊ ebrietas ē bona societas. De istis loquit Johēs in policratico: dicēs ꝙ isti adulatores q̄ pricipes ⁊ dños suos in vanitatib⁹ cōmendāt: faciunt eos ꝙ nō cognoscūt seipsos nec ꝓprios defect⁹: ⁊ iō imitantur ferocitatē bestialē: ⁊ iā sunt crudeliores bestiis: ⁊ iō ꝑiculosū est hr̄e tales adulatores in aliqua societate. ⁊ cōformiter in luxuriosis ⁊ latronib⁹ q̄ frequēter ducūt socios suos ad suspēdendū ⁊ cōfusionē. Ideo dicit Sapiēs Prouer. iiij. Ne delecteris in semitis impioꝝ: nec tibi placeat maloꝝ via. Uñ ex mala societate accidunt multa mala: q: dr̄ Judicū. ij. ꝙ filiis israel q̄ ambulauerūt cū amorreis ⁊ iebuseis ad bellū q̄ fuerūt mali ⁊ ydolatre: iō dñs precepit eis vt destruerent eos: ⁊ nullo mō habitarēt cū eis ne inciderēt in pctm̄ ydolatrie: et q: ābulauerūt cū illis: iō destructi fuerūt ⁊ mala morte perierunt. Itē hr̄. i. Machab. ix. ꝙ Judas machabeus ābulauit cū romanis q̄ fuerūt mali ad bellū: ⁊ q: Judas cū eis habuit societatē: iō in bello captus fuit ⁊ cecidit ꝓpter pctā romanoꝝ q̄ fuerūt ydolatre. Ex q̄bus seq̄t ꝙ societas maloꝝ nocet bonis. ⁊ iō merito fugiēda est.

homo ꝑdidit ſecundū effectū iuſticie eiuſdē: videlꝫ immortalitatē. Unde doctor de lyꝛa ſuꝑ illud pſal. lxxxviij Quis eſt homo q̄ viuet ⁊ non videbit mortē: ait. Poſt peccatū ſtatutum eſt hoibus ſemel mori. Cui conſonat Petrus bleſenſis ſuꝑ illud Job vltimo. Mortuus eſt ſenex ⁊ plenus dierū: vbi ait. Uniuerſas felicitates hominū mors concludit. quia cū predicaueris fidē Abrahe/pietatem Joſeph/charitatem Moyſi/fortitudinem Sampſonis/virtutem Dauid/miracula Helyzei/ prudentiā ⁊ diuitias Salomonis: vna eſt cōcluſio. Et mortuus eſt. Hec ille. Perdidit etiā homo dominiū in animalibus: ⁊ hoc patet in maximis: vt in leonibus: ⁊ i minimis vt in culicibus ⁊ pulicibus: ⁊ retinet dominiū in mediocribus: ad oſtēdendū ꝙ habuit etiā in aliis. Hec magiſter Hugo. Corporis dotes perdidit homo ꝑ peccatum. De hac amiſſione dicit Anſelmus in libro de ſimilitudinibus capl'o. l. Corpus humanū poſt peccatuꝫ induit deformitatē: debilitatē: infirmitatē: ponderoſitatem: vite breuitatē: ſeruitutē: ⁊ continuā cordis anxietatem. Quas miſerias attēdens ſanctus Job ait. Job xiiij. Homo natus ⁊c. Super quo Greg'. xix. Pena hominis breuiter eſt expreſſa. Ipſi eni corruptioni carnis miniſtrare neceſſaria miſeria eſt: vt contra frigus veſtimēta: cōtra famē alimēta: cōtra eſtū frigida. Magna etiā cautela cuſtoditur ſalus corporis: ⁊ amiſſa cū graui labore reparat: tamē reparata ſemꝑ eſt in dubio. q̄d hoc aliud eſt ꝙ̄ mortalis vite miſeria. Hec Greg'. Nūc primi hois caſum miſerū ⁊ miſerias in quas cecidit ſēper ante oculos mentis voluamus: vt ad celeſtē paradyſum ꝑuenire poſſimus: ad quam homo fuiſſet finaliter tranſlatus ſi dei preceptū nō fuiſſet tranſgreſſus. Vn̄ Bern̄.in ſpeculo pctōꝛis. Inſipiēs eſt q̄ a paradyſo ſe expulſum:peregrinū ſe eſſe nō cōſiderat: ⁊ qui ſe exulē in hoc ſeculo nō attēdit. Huius peregrinatōis atq̧ exilij meminit rex Dauid.i.Paralipom̄.xxix.vbi ait Peregrini ſumus corā te ⁊ aduene: ſicut oēs patres noſtri. Huiuſq̧ recoꝛdatio ad dei auxiliū imploꝛanduꝫ nos excitat. Vn̄ Lyncoñ.ſup illud pſal.vi. Laboꝛaui in gemitu meo ⁊c̄. Stimulus ad oꝛandū vt ab infirmitate liberemur:eſt eiuſdē infirmitatis ſenſatio. Dico igit̄ cū ꝓpheta pſal.xciiij. Venite adoꝛemus. Ubi doctoꝛ de lyꝛa. Venite ad adoꝛationē latrie ⁊ ꝓcidamus humilit̄ adoꝛādo:⁊ ploꝛemus pctā nr̄a cōfitendo:ante deū q̄ fecit nos ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā:qꝛ ip̄e eſt dn̄s deus noſter.dans ſe nobis ꝑ ſuā benedictā incarnationē Oꝛate igit̄ ꝓ tribus eccleſie ſtatibus ꝑ tres ꝑſonas in ſacra ſcriptura deſignatis. Pꝛimo ꝓ ſtatu ſpūali per Samuelē deſignato. Samuel eni interpꝛetat̄ noīatus a dn̄o:cuius interp̄tatio cōpetit xp̄i pꝛimo vicario. Vn̄ Johis.i. Intuitus in eū ieſus dixit. Tu es ſymō filius Johāna:tu vocaberis cephas qd̄ interpꝛetat̄ petrꝰ.i. ſupꝛa petrā q̄ eſt xp̄s firmus. Sic eſſe debēt oēs viri eccleſiaſtici radicati in fide ⁊ charitate xp̄i:alios cōſolidātes ꝑ bona exēpla. Fuit ⁊ ſamuel ꝓpheta ꝑ ethimologiā.i.ꝓcul fans. Et ſic viri eccleſiaſtici ⁊ maxime p̄lati ac paſtoꝛes eſſent ꝓphete in predicādo pꝛemia virtutū ⁊ penas cōdignas peccaminū. Scd̄o oꝛandū eſt pꝛo ſtatu tēpoꝛali ꝑ Dauid regē cōnotato. Dauid eni interpꝛetat̄ manu foꝛtis:ſic rex ⁊ ſui milites iuramēto aſtricti defenderēt manu valida iura eccleſiaſtica viduas ⁊

pupillos ab iniurijs. Tertio oremus ꝓ aīabus ī pena purgatorij detētis ꝑ Salmanazar insinuatis. Salmanazar enī interpretatur sentiēs carcerē. De grauitate ignis purgatorij dicit Aug᷒. de vera ⁊ falsa pnīa. Purgādus est purgatōis igne q̄ hic distulit tēpus cōuersionis: q̄ etsi etern⁹ nō est in hac vita nūꝙ̄ in carcere tāta īuēta est pena: lꝫ mirabilia passi sūt martyres tormēta.

¶ Sequit̄ sermo q̄ est de fide ac dilectōe dei ⁊ ꝓximi.

AMbulate in dilectōe. ad Ephes. v. Et in presentis dñice eplari officio ad imitatiōem xp̄i nos inuitat apl's in epl'a hodierna dicens. Estote imitatores dei sicut filij charissimi: ⁊ ambulate in dilectōe sicut ⁊ xp̄s dilexit nos. Ambulāti seu ꝑegrināti lux est necessaria: vt capere possit viā mundā ⁊ directā ad terminū ad quē ambulat. Vñ xp̄s Johis. xij. Ambulate dū lucē habetis. Illud ambulare est ꝑ fidē ad xp̄m accedere. Hanc fidē ꝓmisimus in sacramento baptismatis ꝑ qđ lauati sumus ab originali pctō. Vñ ad Heb. xi. Credere oportet accedētē ad deū quia est: ⁊ ꝙ inquirētibus se remunerator sit. Reuera nr̄a fides magne est auctoritatis: q: a sūmo autore iesu xp̄o deo ⁊ hoīe. Teste aplo ad Heb. xij. Per patiētiā curram⁹ ad ꝓpositū nobis certamē aspiciētes in autorē fidei ⁊ cōsummatorē Jesum. Ubi doctor de lyra. Jesus dr̄ autor fidei inquātū deus ip̄am fidē infundēdo. Dicit etiā autor fidei inquātū homo ip̄am fidē predicando. Dicit cōsummator ipsi⁹ ꝑ miracula ꝯfirmādo ⁊ fidei premiū reddēdo. Ad fidei auctoritatē valet qđ dicit Aristot. in principio scđi libri sue rethorice. Tria inquit reddūt dictū alicuius credibile quāꝙ̄ nō demonstratiue loquat̄:

videlȝ prudētia/virtus/⁊ beniuolētia loquentis ad audientes:qꝛ ꝓpter oppoſitū hoꝝ triū diſcredamus nō demōſtratiue loquenti. Hec tria veriſſime in xp̄o predicāte fidē noſtrā extiterūt. Primo in eo viguit ſapientia. Vñ doctoꝛ de lyꝛa ſuꝑ illud Eccꝉ.i. Oīs ſapientia a dño deo eſt. ait. Oīs ſapientia .i. filius:qꝛ tenet ſuꝑeminēter oēs modos ſapiētie create. Preualuit etiā in eo virtus:eo ꝙ nemo pōt operari virtuoſe niſi ꝑ virtutē. nā virtus definiꝉ.ij. Ethic̄. Virtus ꝑficit hoīem:⁊ eius opus bonū reddit. Sed xp̄s oīa bene fecit. Marci.vij. Ex q̄bus ſubinfero ꝙ xp̄s fuit virtuoſus. Fuit etiā nobis beniuolus ⁊ maximus amicus. nam Joh.xv. dicit. Maioꝛē hac dilectionē nemo habet:ꝙ vt aīam ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. Sed xp̄s dilexit nos ⁊ tradidit ſemetip̄m ꝓ nobis. ad Epheſ.v. Ergo fuit nobis beniuolus:quas ob res dicamus cū Ps̄. pſalmo.xcij. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Ampliꝰ quatuoꝛ nobis cōfert vtilia. Primū eſt. ꝙ ꝓcurat pctōꝝ remiſſionē. Luce.vij. dixit Xp̄s ad mariā magdalenā. Fides tua te ſaluā fecit. Et Marci.ij. Cum vidiſſet ieſus fidem illoꝝ:dixit paralitico. Dimittuntur tibi pctā tua. Huius exemplū habeꝉ Jone.iij. Crediderūt viri niniuite dño:⁊ ſtatim ſequiꝉ. Miſertus eſt dñs ſuꝑ omnez maliciā quā locutus eſt facere eis:⁊ nō fecit. Scōꝫ eſt ꝙ operatur demonū confuſionē. Unde de vere credentibus dꝛ Marci vltimo. Signa autē eos q̄ crediderint hec ſequētur. In noīe meo demonia eijcient ⁊c̄. Fides aliq̄n dꝛ ſcutū ſp̄uale. ad Epheſ.vi. In oībus ſumētes ſcutū fidei in quo poſſitis oīa tela nequiſſimi ignea extinguere. Ad cuius cōfirmationē refert Holkoth lectō ne centeſima nonageſimanona. qđ habetur in expoſitione ſuꝑ Juuenalē. Numa pompilio ſacrificante cecidit ſcutū de celo. datūqꝫ eſt reſpōſum qꝛ illic foret Romanū imperiū vbi illud ſcutū foret ſeruatū. Moraliter dicit ſcutū de celo cecidit: qn̄ xp̄s de celo veniēs fidem oībus predicauit: ⁊ vbicunqꝫ fuerit ſcutū illud ſeruatū demonis extirpat dominiū: ⁊ dei ꝑſeuerat īperiū. Tertiū qđ cōfert eſt legitime petitoꝝ cōſecutio. Vn̄ cēturioni deprecāti ꝓ ſalute ſerui dixit xp̄s. Math. viij. Vade ſicut credidiſti fiat tibi. etiā Marci. xi. Quecūqꝫ orātes petitis credite: qꝛ accipietis ⁊ veniēt vobis. Vn̄ refert magiſter Hugo ſuper librū Heſter. ꝙ cū Alexander magnus veniſſet ad mōtes caſpios: miſerūt ad eū filij captiuitatis decē tribuū egrediendi licentiā poſtulantes. Cūqꝫ queſiſſet cauſā captiuitatis: ⁊ audiuit eos infideles eſſe recedēdo a deo iſrael vitulis aureis imolando. Reſpōdit Alexander ꝙ artius eos includeret. ꝗ cum humanū laborē vidit nō poſſe ſufficere: rogauit deū iſrael vt illud opus cōpleret: ⁊ diuino nutu prerupta montiū ad ſeinuicē acceſſerūt: ⁊ factus eſt locꝰ mirabilis. Quartū eſt dei benedictio. Vn̄ dicit xp̄s Joh. xx. Beati ꝗ nō viderūt ⁊ crediderunt. vbi Aug. ſuper Joh. omel. c. xxi. Preteriti tēporis vſus eſt verbis tāq̄ ille qui qđ erat futurū in ſua nouerat predeſtinatōe iam factū. Horra ſuper illud Luce. i. Beata que credidiſti. ait. Sicut aperta dei viſio eſt beatitudo patrie: ſic ꝑfecta cognitio eſt beatitudo vie. Sed dicit mihi aliq̄s Credo ſingulos articulos fidei. nunquid igitur habeo hec quattuor vtilia. Reſpondet Aug. prima parte ſermonum ſermone. xxviij. Fides noſtra appellata eſt a duobus:ſcꝫ qꝛ fit qđ đꝛ.vnde due ſyllabe ſonāt cū dicit fides.prima eſt effectio.ſcđa eſt dictio.Fac ergo qđ dicis ⁊ fides eſt.Tu dicis ꝙ diligis iuſticiā ⁊ odis iniqtatē:fac qđ dicis ⁊ fides in te oꝑatur.Cui ſentētie alludit Chriſ.ſuꝑ Matheū oꝑe imꝑfecto.omelia.lij.Fatui ſunt oēs ꝗ hoc ſolū eſtimant ſufficere ad ſalutē ꝙ credūt xp̄m ⁊ xp̄iani dicunť.nec feſtināt ſemetip̄os bonis oꝑibus cōmendare:nec audiūt Jacobū dicentē.Fides ſine oꝑibus mortua eſt.ſicut corpus ſine aīa mortuum eſt.Sed opus fidei eſt ipſamet dilectio.Vñ cōis gloſa ſuꝑ illđ apl'i ad Gal'.v.In xp̄o ieſu nec circūciſio aliqđ valet neqꝫ prepuciū:ſed fides ꝗ ꝑ dilectionē operatur Opus fidei ip̄a dilectio eſt:ſine dilectōne fides inanis eſt:fides cū dilectōne xp̄iani eſt.Ideo dico cū apl'o ad Epheſ.iiij.Obſecro vos ego vinctus in dn̄o vt digne ambuletis vocatōe qua vocati eſtis cū oī humilitate ⁊ māſuetudine cū patiētia ſupportātes inuicē in charitate.Et ſic infero verba thematis.Ambulate in dilectōe

¶ Pro ꝓceſſu huius inculti ſermonis duplex eſt dilectio.videlꝫ dei ⁊ ꝓximi.Pro prima ſcribit Deuteř.vi.Diliges dn̄m deū tuū.Pro ſcđa habet Eccl'.xxvij.Dilige ꝓximū ⁊ cōiungere fide cū illo.Primo dixi ꝙ deꝰ eſt a nobis ſūme diligēdus:qꝛ ſūme bonus:⁊ bonū qđ oīa appetūt.primo Ethic.ca.i.Diligamus ergo deū liberaliter:integraliter:⁊ ꝑpetualiter.Liberaliter ꝓpter ſeip̄m:⁊ nō ꝓpter noſtrū vtile.Vñ phūs.viij.Ethic.diuidit amicitiā in amicitiā ꝓpter vtile:ꝓpter delectabile:⁊ ꝓpter honeſtū.Et dicit ꝙ amātes ꝓpter vtile ſūt in inferiori gradu dilectōis.qua de re ꝗ diligūt deū ꝓpter vtile vel preciſe ꝓ tēporali ꝓſperitate qñ eis ſub trahitur murmurāt ꝯtra deū. Tales aſſimilant porcis ꝗ quādiu abundāt furfure ⁊ ſiliquis nō murmurāt cōtra ſuū dn̄m: ſed hoꝝ defectu murmurāt. Contra tales dicit ſapiēs Prouerb. xxiii. Prebe fili mi cor tuū mihi Non dicit accōmoda vel vēde cor tuū: ſʒ prebe. Scd̄o debemus dare deo cor noſtrū integraliter diligēdo. vn̄ Mathei. xxii. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo. Eſt eī xp̄s velut hō zelotip⁹ ꝗ nō ꝑmittit vxorē ſuā alios diligere. Exodi. xxxiiii. Dn̄s zelotes nomē eius. Eſt enī xp̄us ſicut falco generoſus: ꝗ cū diu volauerit ⁊ ſe fatigauerit predāqꝫ ceperit: cor ſue prede pro mercede reqͥrit. Sic xp̄s volauit ꝓ nobis de celo in vterū virginis: de vtero in patibulū: de patibulo ad infernū: de inferno ad mundū: de mūdo ad celū captiuā ſecū ꝯducēs captiuitatē. Et ideo merito vēdicat ſibi cor. ⁊ hoc integraliter. ⁊ ſicut cor prede extrahit/lauatur/ ⁊ niger ſanguis exprimit: ⁊ demū in partes deſcindit. Sic extrahamus cor noſtrū ꝑ pctōꝝ occultoꝝ recordatōem: deinde lauet ꝑ lachrymarū ſuꝑinfuſionē: ⁊ exprimat ꝑ oris cōfeſſionē: ⁊ deinde deſcindat ꝑ penoſam ſatiſfactōem Et ſic dicere poſſumus cū Pſ̄. pſalmo. l. Cor contritū ⁊ humiliatū deus nō deſpicies. Tertio diligamus deū ꝑpetualiter. Solēt hoies ꝗ volunt ꝑpetualiter amico aliqd dare facere cartā ſcriptā ⁊ ſigillatā: ⁊ tandē ponūt eā in ſecura cuſtodia. Nō pari faciamus deo cartā de corde nr̄o ſcribēdo in eo legē dei ꝗ̄ cōtinet decem mādata. Prouerb. vii. Scribe illā. ſ. legē in tabulis cordis tui. Deinde ſigillet paſſione xp̄i: ip̄am ꝑ deuotionē ad memoriā noſtrā reuocādo. Cāticoꝝ viii. Pone me vt ſignaculū ſuꝑ cor tuū. Et demū ponamus eā in ſeeius paſſione in bonoꝝ operū ꝑſeuerantia: qꝛ q̄ ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. Math.x.ꝛ.xxiiij. Et ſic diligamus deū ex toto corde. Aug᷑. in libro de ſpū ꝛ aīa: nō valēs exprimere quātū deū diligeret ait. Miſer ego quātū debeo diligere deū meū q̄ me fecit cum nō eram: redemit cū perierā: vocauit me noīe ſuo vt a xp̄o dicerer xp̄ianus. Duas igit̄ cerui ꝓprietates habeamus: quas ponit Bartholomeus de ꝓprietatibus rerū li.xviij.ca.xxviij. Una eſt ꝙ cū cerui flumina imēſa vel mare trāſeūt: fortioꝛ in natādo precedit: cuiꝰ clunibus debiliores capita ſupponūt. Alia eſt ꝙ vrgēte vi canū ad hoīem quaſi ad aīal māſuetū cerui cōfugiūt. Sic moraliter nos debiles inniteremur deo ꝑ dilectionē qꝛ fortis eſt. ꝛ tūc tute poſſumus flumīa i. tribulatiōes huius ſeculi ꝑtrāſire. Ac cū infeſtamur a demonibus mūdanis tribulatōibus: vel carnis cōcupiſcētiis: debemus ꝑ deuotionē ad deū tanꝙ ad ſūme miſericordem fugere. dicētes cū Pš. pſal. xvij. Diligā te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firmamētū meū. Pro primo dn̄s refugiū meū: ꝛ liberatoꝛ meus ꝑ ſcd̄o. Sed multi hunc ordinē dilectōis ꝑuertūt. De q̄bus Proſꝑ primo libro de vita cōtēplatiua ſic cōquerit̄. Ordinē dilectōis illi ꝑuertunt q̄ aut mundū q̄ contēnendus eſt diligūt: aut ſeipſos plꝰ ꝙ deū diligūt. Un̄ mūdanarū rerū inordinata dilectio nobis ꝓhibet̄. i. Johis. ij. Nolite diligere mundū neqꝫ ea q̄ in mūdo ſunt. Suꝑ quo ait Aug᷑. Talis eſt omnis homo qualis eſt eius dilectio: ſi nihil diligis nihil es: ſi terrā diligis terra es: ſi deū diligis deus es: quia ego dixi dij eſtis. hec Aug᷑. Qua de cauſa dilectio dei aque fontali aſſimilet̄: q̄ naturaliter in hyeme eſt calida: ⁊ in eſtate calore exterius inualeſcēte frigeſcit. Sic dei dilectio in hyeme pauꝑtatis ⁊ tribulationis feruet ſed cū exterius honor mūdi inualeſcit: tepeſcit dilectio dei. Teſte Gregorio ſuꝑ Ezechielē. omel̄. ix. Si inquit preſenti ſeculo inheres ⁊ terrenis voluptatibus delectaris: amare non potes gaudia q̄ audis. Ergo viam mundanarū allectionū deſerite. ⁊ viā deū diligendi diligite. Quā nobis oſtēdit apl's. i. ad Corinth. xii. dicēs. Excellentiorē viā vobis demōſtro. vbi Remigi⁹. Per hanc viā intelligit charitas q̄ nobis p̄cipit: q꞉ ꝑ eam ad patriā celeſtē ꝑuenit. Et ſic ambulate in dilectione. Alia eſt dilectio qua quis diligit ꝓximū ſicut ſeipſum cuius ꝓprius actus vt ait Linconien̄. de mandatis eſt vt faciat quiſq; ad vnūquēq; alterū qđ ſibi vellet debere fieri ab eodē altero ſi eſſet in conditiōibus alterius. Quare hoc preceptū oīa p̄cepta ſcđe tabule īcludit. ad Roman̄. xiii. Non adulteraberis. nō occides. nō furaberis. nō falſum teſtimoniū dices. nō ɔcupiſces rem ꝓximi tui. ⁊ quodcūq; fuerit aliud mandatū in hoc verbo inſtaurat̄. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſm̄. Sed certe q̄ ſe nō diligit ꝓximū nequit diligere. Sed dicet mihi aliquis. Quis ſeipſm̄ non diligit? Ad qđ reſpondet Aug᷒. in libro de doctrina xp̄iana hoc modo. Homo inquit ſi te interrogā vtrū diligas te. Reſpondes: diligo me. quis eni ſe odit? nō ego dico ſed pſ̄. Qui diligit īquitatē odit aīam ſuā. Diligas ergo te tuā nequiciam penitendo. ⁊ tunc diligendo ꝓximū tuum ſicut te. Hec duo mēbra dilectōis: ſcȝ dei ⁊ ꝓximi ita adinuicem cōcathenant̄ ꝙ vna ſine altera eſſe nequit. dicēte Chriſ. ſuper Matheū opere imꝑfecto. omel̄. xxxii. Vtilitas inquit oı̄m mandatoꝝ vna eſt. ⁊ oı̄a mandata vnū eſſe videnť: qꝛ illa ſibı̄ inuicē adherēt ⁊ alterū ſine altero eē nō poteſt. Eidē ſentētie concoꝛs eſt Lyncoñ. de mandatis innuēs. Oı̄a mādata diuina ſapiētia ı̄ vnū redegit ſcꝫ charitatis. Hoc mandatū etiā eſt vnicū verbum. ſcꝫ Ama. Augꝰ. in de laude charitatis ait. Si nō vacat tibi oēs ſacras paginas ꝑtractare: oēs regulas iuris in codice interpretari: oı̄a volumina ſermonū ruminare: tene charitatē q̄ ſola ſupplet vniuerſa: qꝛ finis felix oı̄ꝫ eſt diligere deū ⁊ ꝓximū. Ille ergo tenet qꝺ latet ⁊ qꝺ patet in diuinis ſermonibus q̄ charitatē tenet in moribus. Hieroñ. in ſuo cōmentario ſuꝑ epl̄am ad Epheſ. Johēs cū vſqꝫ ad vltimā ſenectutē moꝛā traheret. ſingulis diebus ſolebat ꝓ verbo dei finaliter ꝓferre. Filioli diligite inuicē. Tandē diſcipuli verecūdia inuecti ⁊ tedio affecti dixerūt Johı̄. Quare hoc verbū totiēs repetis? Quibꝰ Johēs. Nihil dulciꝰ: nihil vtiliꝰ: nihil ſecurius neqꝫ bꝛeuius docere decet. qꝛ charitas pꝛeceptū dn̄i eſt: ſine qua nihil ꝓficit: ⁊ ſi ſolū fiat ſufficit. Ad idē Hugo de viēna ſuꝑ pſal. lxxvij. Lex euangelica eſt dilectio dei ⁊ ꝓximi: ſi vtraqꝫ dilectio videlꝫ dei ⁊ pꝛoximi eſſet ꝑſeuerās atqꝫ cōtinua. Vn̄ in libꝛo noı̄ato Deſtructoꝛiū vicioꝝ ꝑte. vij. cap̄. xij. habeť. Imago amoꝛis depingebať in effigie mulieris: viridi indute veſte: ı̄ cuius fronte ſcribebanť hec verba. ꝓcul ⁊ ꝓpe: in pectore moꝛs ⁊ vita: in fimbꝛia veſtimēti hiems ⁊ eſtas. In hac poeſi figuranť ꝓꝑietates veri amoꝛis. Pꝛimo eo ꝙ imago fuit depicta ı̄ ſpecie mulieris deſignat feruorē dilectōis: qꝛ vt frequenter mulieres feruētius diligūt ꝙ̄ viri. Et ꝙ veſtita fuit in veſte viridi: ſignificat ꝙ verus amoꝛ ſemꝑ eſſet recens. ¶Per hec verba ꝓpe ⁊ ꝓcul ſcripta in fronte deſignat ꝙ verus amoꝛ ita firmiter maneret in abſentia amati ſicut in pꝛeſentia amati. ¶Per verba ſcripta in pectoꝛe: videlꝫ moꝛs ⁊ vita expꝛimitur ꝙ verus amicus oſtenderet effectus ſui amoꝛis poſt obitū defuncti amici ſicut in vita. ¶Per hec verba hiems ⁊ eſtas ſcripta in fimbꝛia veſtimēti: notat ꝙ verus amoꝛ eque ꝑmaneret in aduerſitate ſicut in ꝓſperitate. Et ſic ambulate. Hec eſt via de qua ſcribit Hieremie. vi. Interrogate de ſemitis antiquis q̄ ſit via bona ⁊ ambulate in ea: ⁊ inuenietis requiē aīabus vr̄is. Et ſic ambulans in charitate recipiet coronā vite: quā repꝛomiſit deus diligētibus ſe. Iacobi. i. Quam nobis concedat qui ſine fine viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Sermo pulcerrimus ac fidedignus de Serto Roſaceo beate Marie virginis.

DIc obſecro ꝙ ſoroꝛ mea ſis: ⁊ bene ſit mihi ꝓpter te: ⁊ viuat aīa mea ob grām tui. Geneſ. xij. Cū mellifluo. Bern̄. Non eſt qđ me magis delectat: ſed nō eſt qđ me terreat magis q̄ de gloria virginis habere ſermonē. Si ligue centū reſonarēt oꝛaqꝫ centū ferreaqꝫ vox mihi eſſet o maria nil tibi dignū diccre poſſem: qđ ergo faciā? Audio Hieronymū me cōſolantē ⁊ dicentē. Etſi ad hec nemo inueniat idoneus: votis tn̄ oībus ceſſare nō debet: qlibet etiā pctōꝛ a laudibus marie. Nil noui cudere: niſi roſas ac benolentes ſctōꝝ doctoꝝ carpere floꝛes: nō infoꝛmare tantū neſciētes: ſed indeuotos ⁊ tepidos ad deuotionē roſarij Marie excitare cupio. Et experimētū docebit ꝙ feruoꝛ deuotōis exinde ſequet: cultus diuinus amplia bitur: proximus vtiliter. edificabit: ⁊ aīabus in purgatorio degētibus refrigeriū preſtabit: nulliq; niſi forte īpio detractori poterint hec diſplicere. Emuli nūc ſicut ſemꝑ forte adhuc erūt q̄ facta queq; licet bona nō cōſciētia ſtimulāte: ſed ſola inuidia deprauare nō deſiſtūt oīs iniquus bonoꝝ eſt inimicus. Qn̄q; ꝑmittit ⁊ ſalubre eſt bonis reb⁹ detrahere. nā illud qđ detrahūt clarius reddūt. Job. vi. Quare detraxiſtis ſermonib⁹ veritatis: cū ex vobis nullus ſit q̄ poſſit arguere me. Si illicitū eſſet honorare Jeſū ⁊ Mariā roſario (vt aſſerūt) hoc eſſet vel ex parte orōnis dn̄ice: vel ſalutatōis āgelice. Sed neutrū iſtoꝝ eſt incōueniēs: q2 hoc eſſet ꝯtra ſancte matris eccleſie approbationē. Oratio dn̄ica ſc̄m Tho. eſt ꝑfectiſſima oratio: quā ip̄e Jeſus docuit diſcipulos ſuos Math. vi. ſic orabitis Pater noſter. Chriſ. Illā orationē libēter exaudit deus: quā filius eius dictauit ⁊ docuit. Angelica ſalutatio ſc̄m Ber. in conſiſtorio ſc̄tiſſime trinitatis eſt dictata: ⁊ virgini ꝑ archangelū Gabrielē tranſmiſſa: ⁊ Marie ac toti curie celeſti ꝑlata gratiſſima: hoībus vtiliſſima: demonibus horribiliſſima. Bern. Celū ridet: angeli exultāt: demones fugiunt: īfernus tremit quotiēs cū reuerētia dicimus aue. Eſt tibi o virgo Maria quaſi oſculū audire hunc verſum Aue maria. Totiens o beatiſſima oſcularis quotiens ꝑ aue ſalutaris. Ergo fratres chariſſimi ad imaginē ei⁹ accedite: genua flectite: oſcula imprimite: aue maria dicite. Et quō virginē glorioſam acceptabilius honoremus ꝙ illo ſc̄tē trinitatis oraculo quo a ſummo deo extitit ſalutata. Sic roſariū quo ad ſubſtātiam eſt euāgeliū xp̄i: q2 Pater nr̄. ⁊ Aue maria. Marci vltio.

Euntes in mundū vniuerſū predicare euāgeliū oī creature. Sed quo ad formā ſiue modū dicēdi credit ſm Alanū de rupe. circa tp̄a Augꝰ. Hieroñ. Gregꝰ. Bede Ber. Benedicti fuiſſe. vt clare pꝫ in ſpeculo roſarioꝝ. vij. ꝛ. viij. capl'is. Refert ideꝫ Alanus ꝙ btūs Dñicus roſariū beatiſſima virgine reuelāte aſſidue ꝑorauit. et vniuerſis eſſe orādū plebibus dei in ambone publice predicauit. Scd̄o libro Apū. cap̄. xxviij. legit roſariū in Brabātia anno dñi. M.cc.li. dictū fuiſſe. ꝛ iſto mō orādi multos ad amicitiā marie ꝑueniſſe. Plurimi etiam deuoti carthuſiēſes hoc roborauerūt: prout refert diſcipulus in prōptuario ſuo: ꝙ. ſ. anno dñi. M.cccc.xxx. in monaſterio carthuſienſiū iuxta Treuerim q̄daꝫ pater deuotus ſe in roſario exercere cōſueuit. Durauitqꝫ roſariū ꝑ annos plurimos inter diuerſos religioſos etiaꝫ vtriuſqꝫ ſexus. Quid amplius referā. plurimi ſancti ꝛ ſctē hoc legerūt roſariū intantū vt fere totus mūdus hoc ip̄m dicat. Ergo fraternitatē roſarij marie diligite. Et quāuis quātū ad cōmunionē charitatis oēs exiſtētes in gr̄a inuicē cōmunicāt in operibus bonis. iuxta illud ps̄. Participē me fac deus oīm timētiū te. tñ multo ſpecialius ꝛ fructuoſius valēt aliq̄bus oꝑa alioꝝ ꝑ directionē ꝛ ſpecialē intentionē directā ad alios. Et ad hoc deſeruiūt ſpeciales cōicatōes hoīm per quas ſeſe quodāmodo aſtringūt ad mutue ꝓ ſe inuicē orādū. Et tales dñr fraternitates: dū. ſ. aliq̄ inuicē ad hoc cōueniunt ꝙ oīa aut ſpecialiter aliqua eoꝝ oꝑa deſeruiāt oībꝰ in fraternitate tali exiſtētibꝰ Et ſic cōmēdabile multū ꝛ meritoriū eſt eſſe in aliqua fraternitate bonoꝝ. Eccleſ. iiij. Ve hoī ſoli: qꝛ ſi ceciderit nō hꝫ ſubleuātē. ſi fu erint duo fouebunt̄ mutuo. Prouerb. xviij. Frater adiuuās fratrē quaſi ciuitas firma. Legimus enī plures ſctōs patres inter ſe fraternitatē habuiſſe: ⁊ orationes ſuas ac bona opera ſua alijs cōicaſſe: necnon ⁊ ſibi cōicari petierūt. ſ. Bern. Anſel. Dn̄icus. dicentes cū aplo ad Epheſ. i. Non ceſſo grās agere ꝓ vobis: memoriā veſtri faciēs in orōnibus meis. ⁊ ad Rom̄. xvi. Adiuuetis me in orōnibus veſtris. Glo. Rogat aplus apud minimos ꝓ ſe orari. Multi enī minimi dū ꝯgregantur vnanimes fiūt ⁊ magni. ⁊ multoꝝ preces īpoſſibile eſt nō exaudiri. Math. xviij. Si duo vel tres ex vobis conſenſerint ſup̲ terrā de oī re quācūqꝫ petierint fiet eis a patre meo. Chriſo. Libēter deus exaudit. hāc orationē quā xp̄ianus nō ſolū ꝓ ſe ſed etiā ꝓ alijs orat. ꝓ ſe enī orare neceſſitas cogit: ꝓ alio aūt charitas fraternitatꝭ hortat̄. Dulcior ⁊ acceptabilior eſt āte deū orō. nō quā neceſſitas trāſmittit: ſed quā charitas fraternitatis cōmēdat. Amb. Si ꝓ te roges tm̄: pro te ſolus rogabis. ſi pro oībus roges: oēs pro te rogabūt. Greg. Quiſq̄s pro alijs intercedere nitit̄: ſibi potius ex ipſa charitate ſuffragat̄. Et idē in moralibus. Dn̄s cōuerſus eſt ad penitētiā Iob cū oraret pro amicis ſuis ait pro ſemetipō penitēs: tāto citius exaudiri meruit quāto deuotiꝰ pro alijs interceſſit. Libētius enī ſacrificiū orātis accipitur qđ in conſpectu miſericordis iudicis proximi dilectione conditur. Qđ veraciter quiſqꝫ cumulat ſi hoc etiā pro aduerſarijs impendat Mathei. v. Orate pro p̲ſequentibus ⁊ calumniantibus vos. Oremus ergo pro inuicem vt ſaluemur.

¶ Inſtitutio fraternitatis Roſarij Marie virginis.

beate Marie virginis.

¶ Anno dñi. M.cccc.lxxv. laudabilis fraternitas roſarij i alma vniuerſitate Colonieſi ꝑ doctores ſacre theologie ꝑdicatoꝝ ordinis. ad maximã laudẽ ⁊ gloriã Jeſu xp̄i: ⁊ piiſſime virginis Marie mr̄is eius. necnõ multoꝝ edificatõem ſalubriter inſtituta: imo potius renouata eſt: q꞉ ꝑ beatiſſimũ patrẽ Dñicũ legit̃ predicata: lꝫ ad tp̄s fuerit neglecta ac obliuioni tradita. Fũdata dũtaxat in ſola quarũdã orõnũ liberali cõicatõe. Oratio q̃ ſpecialiter in ea cõicat̃ eſt ſalutatio angelica vna cũ orõne dñica cũctis orõnibus preponẽda. Itaqꝫ volẽs huius fraternitatis numero ꝯfratrũ aſſociari: dꝫ oĩ ebdomada ſemel tria roſaria. i. cẽtũ ⁊ qnquagita Aue maria. ⁊ qndecim Pater nr̃. dicere: ⁊ ſuã intẽtionẽ ad cõfratres referre. Et põt illa legere qñcũqꝫ ⁊ vbicunqꝫ placet̃. Nullũ tẽporale dandũ eſt de ingreſſu eius. nullos cuiuſcũqꝫ ſtatus vel ꝯditõis excludit: diuites: pauperes: religioſos ⁊ ſeculares recipit: imo ⁊ mortuos admittit ⁊ facit ꝑticipes dũ aſſit viuus q̃ ꝓ eis legit ea q̃ ſcripta ſunt. nõ oportet tñ ꝓ illis legere q̃ dũ viuerent ipſius fraternitatis ꝯfratres fuere. Si qs aũt i aliqua ebdomada ex negligẽtia certo ꝓpoſito aut aliqua occupatõe neglexerit in toto aut i parte: nõ opꝫ i alia ebdomada repetere: nec de illa omiſſione ꝯſciẽtiã facere: q꞉ nulla eſt hic obligatio culpe: ſed illius dũtaxat pene ꝙ q̃ non legit nõ meret̃: ⁊ priuat̃ illa ebd̃a meritis oĩm alioꝝ roſarioꝝ q̃ a fratribus aliis dñr. Dũ aũt iterũ legerit: iteꝝ ꝓmeret̃ ſicut prius. Nõ opꝫ ꝙ genibꝰ flexis vel in eccl'ia: vel ſimul: vel certa hora: vel die dicant̃. ſꝫ ſufficit hoc totũ dixiſſe ſimul vel ꝑ ꝑtes. Pro oĩbꝰ ⁊ ſingulis de hac fraternitate defũctis poſt quattuor feſta beate virginis marie:scȝ Purificatōis/ Annūciatiōis Natiuitatis ⁊ Assumptiōis quattuoꝛ anniuersaria cū vigilijs ac missa de Requiē oꝛdinata sunt fieri in cōuētu Coloniensi oꝛdinis pꝛedicatoꝝ alijsqȝ pluribus.

¶ Confirmatio fraternitatis Rosarij.

¶ Anno dñi.M.cccc.lxxvi. Alexāder ep̄s Foꝛliuieñ. legatus a latere pretactā fraternitatē appꝛobauit:⁊ vt eo libētius xp̄ifideles eiusdē virginis cōfratres esse cōcupiscerēt:dedit auctoꝛitate ap̄lica sibi spāliter ꝯcessa oībus ⁊ singulis vtriusqȝ sexus dicte fraternitatis confratribꝰ ⁊ soꝛoribꝰ in qnqȝ precipuis btē marie festiuitatibꝰ:scȝ annūciatōis/visitatōis/assūptōis/ natiuitat̄ ⁊ purificatiōis centū dies īdulgētiaꝝ in qualibet dictarū festiuitatū die. Atqȝ quotiēscūqȝ rosarium legerint: quadraginta dies ꝓ qualibet vice de iniūctis eis penitētijs. ¶ Anno dñi.M.cccc.lxxviij.sc̄tissimus dñs Sixtus papa huius nōis quartus ip̄am cōfraternitatē cōfirmauit ac appꝛobauit oībus ⁊ singulis vtriusqȝ sexus eā seruātibus:vere penitētibus ⁊ cōfessis in singulis natiuitatis/annūciatōis/⁊ assūptōis marie festiuitatibus septē annoꝝ ⁊ totidē quadragenarū de iniūctis sibi penitētijs relaxatōez cōcessit. ¶ Anno dñi.M.cccc. lxxix.prefatus Sixtus ad instantiā illustrissimi Frācisci ducis britānie vniuersis ⁊ singulis xp̄ifidelibꝰ psalteriū marie.i.tria rosaria qualibet die dicētibus.xv.annos ⁊ totidē quadragenas indulgentiarum relaxauit.

¶ Anno dñi.M.cccc.lxxxiiij.sanctissimus papa Innocētius octauus cōcessit oībus q̄ sunt ⁊ erūt de fraternitate rosarij ⁊ dicūt ꝑ ebdomadā psalteriū btē virginis: id est tria rosaria.plenariā remissionē oīm peccatoꝝ se mel in vita ⁊ semel in mortis articulo ¶ Anno dñi. M.cccc.lxxxvij. in capitulo generali fratrū ordinis predicatoꝝ venetijs celebrato: oēs vtriusqꝫ sexus xp̄ifideles q̄ nunc sunt vel in futurū fuerint de fraternitate rosarij ad gratiā ordinis sunt accepti. Que gr̄a est tam in vita q̄ in morte gaudere participatōe oīm missarum: orationū: predicationū: ceteroꝝqꝫ bonoꝝ sp̄ualium q̄ ꝑ fratres ⁊ sorores totius ordinis deus fieri dederit. Urbanus quartus addidit ad angelicā salutationē Jesus xp̄s amen. largiēs oībus vere cōfessis ⁊ cōtritis ipam deuote dicētibus quotiēscūqꝫ ⁊ q̄ncūqꝫ. xxx. dies idulgentiarū. Quas Johānes. xxij. successor eius cōfirmauit: ⁊ alios. xxx. dies sup̄addidit. Consiliū auionēse dat angelicā salutationē deuote dicentibus quinquaginta dies indulgentiarū. Hoc facit de quolibet rosario quindecim annos ⁊. xxv. dies. ¶ Ualde gratū foret virgini Marie si fratres ⁊ sorores post cuiuslibet rosarij cōpletionē in honorē matris marie sanctissime Anne vnum Pater noster annecterēt. Quia ipsa est mestoꝝ precipua cōsolatrix. Concludētesqꝫ rosariū dicendo. Benedictū sit dulce nomē dñi nostri iesu xp̄i: ⁊ gloriosissime virginis marie matris eius: ⁊ tota celestis curia sit benedicta in eternū ⁊ vltra. Et benedicta sit sanctissima Anna: ex qua o maria sine macula tua ꝓcessit caro virginea Amē. Quicūqꝫ hec legerit habet a Clemēte quarto tres annos: ⁊ a Sixto quarto quadraginta dies indulgentiarū. ¶ Salutate igitur mariā rosario: certe ipsa vos resalutabit beneficio/gratia/⁊ consolatione. Et confidenter dico ꝙ ille qui ex toto corde ad seruiēdum btē Marie in hac fraternitate se obtulerit: finaliter nō peribit. Anſelmus. Sicut a te auerſus o virgo Maria neceſſe eſt vt intereat: ſic ad te ꝯuerſus impoſſibile eſt vt pereat. Chriſ. Tribularer nimiū ſi neſcirē marie patrociniū. O dulcis virgo nō eſt phas te poſſe illū deſerere q̄ ſpem ſuā fiducialiter in te ponit. Oroſius. Nil dulcius nilqꝫ iocūdius repperi q̄ᵽ mariā. Quos nō ſaluat dei iuſticia: ſaluat marie mīe infinita. Nemo tam idoneus q̄ gladiū dñi abiiciat niſi ꝑ quā ſumpſimꝰ dñi miam. Hilariꝰ. Quātūcūqꝫ quis obnoxius fuerit pctō ſi marie deuotus exiſtit nūq̄ᵽ ineternū peribet. Caſſiodorus. O maria tu patrona humani generis: tu cōſolatio afflictis: tu infirmis medicina ſingularis. q̄s tuo nō indiget iuuamine: cū peccare ſit cōmune. Fulgibertus Peccatorē quātūlibet fetidū nō abhorres: nō deſpicis ſi ad te ſuſpirauerit: tuūqꝫ interuētū penitēti corde flagitauerit. Bonauētura. Uere regina es mīe: q2 nō eſt ī hac vita ſic deſꝑatus miſer cui nō impetraueris ſalutē: ſi ad tuū declinauerit regimē. Certe dña: cū te aſpicio nil niſi miaꝫ cerno. nā ꝓ miſeris mater dei facta es miam inſuꝑ genuiſti: ⁊ demū tibi miſerēdi eſt officium cōmiſſum. Bern̄. O pctōr ſi ad maieſtatē dei nō audes accedere vt nō liquefias quaſi cera a facie ignis: vade ad matrē mīe oſtēde ſibi pctōꝝ tuoꝝ vulnera: ⁊ ipſa ꝓ te oſtēdit filio ſuo materna vbera: ⁊ filius oſtēdit ꝓ te patri latus ⁊ vulnera. Mater nō negabit filio poſtulāti nec filius matri interpellāti: nec mater negabit pctōri flenti. Anſelmus. Quis vnq̄ᵽ criminū veniā petiit: niſi mediāte maria. nemo diffidat de mſis mia: oēs mariaꝫ noiant: oēs mariā inuocāt: mariā pre oibus amāt: ois etas ⁊ ꝓfeſſio ſtudioſe reclamāt. Cū eni ſummū regē peccādo ꝑdidimus. cū angelos ⁊ ſctōs dei oēs offendimus: cū etiā noſmetipſos graues ſcimus ⁊ oīno neſcimus qd agere debeamꝰ. hoc ſolū reſtat nobis miſeris vt oculos cordis ⁊ corporis ad te leuemus o maria cōſiliū querētes: petētes auxiliū. Maria oībus ſinū mīe ſue aperit vt de plenitudine eiꝰ accipiāt vniuerſi. eger curationē: triſtis cōſolationē: pctōr veniā: iuſtus gr̄am. Greg. Intuemini inquit quāto deuotōis affectu a nobis eā dñs voluerit honorari: q totius gr̄e plenitudinē poſuit in maria. Proinde ſi qd ſpei: ſi qd gr̄e: ſi qd ſalutis nobis eſt ab ea nouerimus redūdare. Bern. Si marie deuotus fueris: velis nolis nequaꝙ̄ expers eſſe poteris eius gr̄e iuuaminis ⁊ feruoris. Richardus de ſcō victore exponēs illud Eccl. xxiiij. Qui elucidāt me vitā eternā habebūt. ait. Nunꝙ̄ in eternū dānabit q nūc in pñti laudes marie preconiiſqꝫ ſectat. Ignatiꝰ. Nūꝙ̄ finē vite ſue malū habebit q marie deuotus ⁊ ſedulus inuenit. Raymūdus. O ꝙ̄ gaudēs erit obitus q marie dū viueret ſedulus fuit ⁊ deuotus. Aug. Niſi ſponte velim ſcio me nō poſſe perire pietate marie. O quāta inquit iocūditas cordis mei ex laude ꝓuenit mr̄is dei. Michael dux ⁊ princeps militie celeſtis cū oībus ſpiritibus āminiſtratoriis tuis o virgo paret preceptis: i defendēdis in corpe: in ſuſcipiēdis de corpe aīabus fideliū ſpecialit tibi o dña die ac nocte ſe cōmēdātiū. Hanc fatemur verā reginā celoꝝ q̄ recipit aīas ſctōꝝ. Oēs igit marie patrociniū oī niſu imploremus: vt dum nos eā ſupplici obſequio frequētamus in terris: ipa nos filio ſuo prece ſedula cōmēdare dignet in celis. Amen.

¶ Adoptatio moralis Roſarij Marie.

Sermo de Roſario

ROſariū nomē preſens oratio ſortit. Primo ꝓpter florigerā roſam virginē mariā ſuauiſſimā que roſa appellat. Eccl.xxiiij. Ego quaſi plātatio roſe in hierico. Maria dr̄ mater/ſoror/regina/dña/liliū/roſa ſm̄ diuerſas proprietates ⁊ virtutes. O florens roſa mater dñi roſe cōparat. Sicut ſpina roſaꝫ genuit: ita iudea mariā v̾ginū reginā. Roſa ſine ſpina dei genitrix es facta. Maria quaſi flos roſarum in diebus vernis. ſicut ver eſt cauſa leticie: ſic ip̄a nata. Unde natiuitas tua dei genitrix gaudiū annunciauit vniuerſo mūdo. Roſa medicinalis in maria inuēta eſt medicina humani generis: qr ſuo ſuauiſſimo odore humilitatis attraxit ieſum. Apis ad ciuitatē nazareth. q̄ inteꝑretatur flos/aduolauit. ⁊ ad ſuaue olentem ꝑpetue virginitatis florē aduenit. Ad huius roſe odorē miſſus eſt gabriel flores apparuerūt in terra noſtra. amat florigerā patriā. flos de radice ieſſe. Hec eſt regina virginū q̄ genuit regē velut roſa decora. Aue regina celoꝝ mater regis angeloꝝ: o maria flos virginū velut roſa vel liliū. Aqua roſacea refrigerat: ſic maria cor noſtrū in vicijs petōꝝ ardēs ⁊ amore terreno accēſum refrigerat: ⁊ ad ſuū ⁊ ſui filij amorē allicit ⁊ cōfortat. Anſelm⁹ Si eſtuas maria refrigeriū eſt: ſi egrotas medicina eſt Maria fugat demones: angelū in adiutoriū aduocat: excitat deuotionē: placat deū: impetrat veniā: illuminat ꝯſcientiā. Roſa in hierico. nā ibi ſingularis modus creſcētie eſt: qr ſm̄ Albertū ibi creſcūt roſe centū q̄nquaginta folia habētia: quas Papa oī anno dñica Letare benedicit rome in eccl'ia btē virginis. Vñ cultores btē virginis ſi eā orauerint ꝑ roſariū a papa hic bñdicent:

pctā coꝝ remittunt̄: ⁊ virgini illibate ad ꝑpetuā custodiā cōmēdant. Scđo ꝓpter odoriferā rosā angelicā salutationē đr rosariū: q̄ plantata extitit a sūmo agricola de celesti paradyso in bn̄dictā terrā virginalē. Catholicon. Rosariū đr idē qđ collectio rosarū. Sicut de multis rosis efficit̄ rosariū materiale: sic de q̄nquaginta rosis angelicis salutatōibus nos facimus rosariū spūale Nec caret mysterio. nā ſm Albertū ⁊ Catholicō numerus q̄nquagenarius đr liberalis ⁊ gr̄e: qꝛ iubileus a iobel grece đr remissio latine. nā illo anno fiebat remissio captiui libertati restituebant̄: debita gratis relaxabāt̄. Leuit. xxv. His libertas: remissio: gr̄a: nobis a btā virgine venit: ꝑ eā a seruitute diaboli liberamur: ⁊ multorū debitā pctōꝝ nobis gratis relaxant̄: ⁊ celestis hereditas quā eua tristis abstulit: nobis misericorditer restituit. Rosa odorifera sic salutatio angelica: cuius odorē demones sufferre nō pn̄t: sed velociter fugiūt ab illo q̄ eā salutat. Rosariū materiale fit ex rosis floridis: sic nr̄m spūale ex deuotis angelicis salutatōibus. Al's nobis dicet sicut cuidā. Tua aue maria sunt tāq̄ rose aride: in q̄bus neqꝫ decor est neqꝫ odor deuotōis. Lege de cetero cū mora ⁊ deuotōe vt iuuet: ait. Maria mihi rose floride. Dicere parū ⁊ deuote est deo ⁊ marie acceptū hoc verset in corde qđ ꝓfert in ore. Albertus. O q̄ reuerēter angelus ad eā accessit: facie rutilās veste choruscās: reuerenter inclinās ⁊ dicēs. Aue. Bonauētura O q̄ mira ait est huius virginis fecunditas: que dū salutat̄ deuote ad cor salutantis suauissimus fruct⁹ emanat. Rosariū tertio dicitur ꝓpter rubeam rosam iesum dulcissimū: qui potest dici flos rosarū in diebus vernis

Odilius. Anteq̄ verbũ dei virgo ↄciperet hiems erat at vbi verbũ dei cõcepit facta eſt eſtas. deniqꝫ vapoꝛe ſpũſſancti vapoꝛato flos cepit eſſe. Jſaie.xi. Egrediet̄ virga de radice ieſſe:⁊ flos de radice eius aſcẽdet. Eccleſ. Virgo dei virga eſt. flos filius eius. flos cãdidus ⁊ rubicũdus. O rubẽs roſa Jeſu quõ in coꝛpoꝛe tuo reluxerũt amoꝛis ſigna:ita ꝙ nõ inueniebat̄ ſpaciũ vni⁹ pũcti.qđ nõ reluceret amoꝛe ⁊ doloꝛe. O vtinã in coꝛdibus.nr̄is nunq̄ marceſcat:ſed ſemꝑ rediuiua pullulatõe nouus exiſtat odoꝛifera roſa.ſ.memoꝛia paſſiõis dñi nr̄i ieſu xp̄i:⁊ vt hec iugiter nobis inſit:ideo dñr in roſario q̇nqꝫ Pater nr̄.loco q̇nqꝫ vulnerũ eius dicẽtes cũ apl'o ad Galath.vlt. Ego ſtigmata dñi nr̄i ieſu xp̄i in coꝛpoꝛe:ſcꝫ iugiter memoꝛãdo poꝛto. Bern̄. Memoꝛero q̄diu vixero doloꝛẽ paſſionis eius:hec me i aduerſis erigũt:hec mihi in oꝛe ⁊ coꝛde frequenter: hec mea ſublimis philoſophia ſcire ieſum xp̄m ⁊ hũc crucifixũ. Jn oĩbus aduerſitatibus meis nõ inuenio tã efficax remediũ q̄ vulnera xp̄i. Roſa delectat viſum:ſic ieſus in quẽ deſiderant angeli pꝛoſpicere:quẽ videre vita eterna eſt. O maria vitã pꝛeſta purã:iter para tutũ: vt videntes ieſum ſemꝑ colletemur. Quod nobis cõcedat Jeſus Marie filius. Amen.

❡ Sermo electiſſimus de duodecim priuilegiis ſancte Anne matris Marie.

ECce arboꝛ in medio terre. Daniel'.iiij. Practica figurã. Aug'. Que in veteribus patribus ⁊ ꝓphetis oſtẽſa ſunt figuraliter ſeu viſualiẗ nobis exhibent̄ realiter.i. Coꝛith.x. Oĩa in figuris contingebãt illis. Hec arboꝛ eſt beatiſſima Anna i medio terre: ſcꝫ eccleſie plātata. Arboꝛ inquā cui ſimilis non inuenit in oīb⁹ ſiluarū lignis. Arboꝛ magna in ſctitate: vtilis in fecūditate: qꝛ fructus eius nimius: ſub vmbꝛa eius tuta defenſio. Gen̄.ij. Produxit deus in paradyſo oē lignū pulchꝛū viſu: ⁊ ad veſcendū ſuaue. lign etiā vite in medio paradyſi. Anna ꝓduxit tres marias ⁊ apl'os: ⁊ inter eos ſicut in medio paradyſi lignū vite hoc eſt xp̄s dn̄s ſuauiſſimus. Cātic.ij. Fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. Tho. pꝛia pte. q. ca.ij. Et Petrus aureolanen̄. in cōpēdio. li.ij. ca. lxiiij. ꝙ in paradyſo arbores quolibet anno bis fructificāt: eo ꝙ due ibi ſint eſtates ſcꝫ tꝑate. Nā in vtroqꝫ equinoctio hꝫ ſol acceſſū ſuꝑ eū: eo ꝙ paradyſus eſt ſub eq̄nocciali circulo poſitus ⁊ ſic in vtroqꝫ eq̄noctio anni hꝫ ſibi eſtatē ⁊ fructuū ꝓductionē quolibet anno a ſole accedēte. Sic ſpūaliter Anna a deo habuit hāc grām ꝙ ſicut arboꝛes in paradyſo bis fructificāt: ita ex ſcā Anna duplicis ſexus fructus ꝓuenit: ſcꝫ xp̄s ⁊ maria. ſcti diſcipuli ⁊ ſctē diſcipule. Et bene i paradyſo: qꝛ ſm̄ Damaſcenū ⁊ Petrū aureol'. quo ſupꝛa ⁊ ſm̄ ſctm̄ Tho. pꝛia pte. q. c.ij. ar.iij. In paradyſo nihil irrationabiliū habitat: ſed ſolus hō diuinarū manuū plaſma: qꝛ ꝓ ſolis hoībus factus eſt. Et vt Greg'. in moꝛalib⁹ inq̄t. Ibi ſoli electi hoīes fuiſſent nati: ſi Adā nō peccaſſet. Sic ſpūaliter ad ꝓpoſitū applicādo btā Anna hanc grām habuit inquātū in ſue generatōis paradyſo nullus repꝛoboꝝ vel dānatorū hoīm extitit: q̄ ꝓ irrationabilib⁹ reputant ꝓpter vitā brutalē. iuxta illud Pſ̄. Homo cū in honoꝛe eſſet nō intellexit: cōparatus eſt ⁊c̄. Sed ſoli electi ſcti ex ea ꝓdierūt: ⁊ qđ maximū eſt ip̄e electoꝝ caput xp̄s ꝑ eius filiam virginē ortus eſt. O ergo glorioſiſſima dn̄a ⁊ benedicta femina te laudamus te glorificamus: recōmēda nos tue filie marie ⁊ eius nato xp̄o ieſu bn̄dicto ne pereamus: ſed ad vr̄a gaudia ꝑueniamꝰ. O ergo xp̄iane multū debes venerari talē ac tantā ſctāꝫ ſcꝫ Annā quā xp̄s tāta gr̄a ſublimauit vt eſſet auia xp̄i digniſſima: q̄ fuit arbor florida odoreq̄ꝫ cōuerſatōis ſctē plena. vt merito deus ſibi eligeret ꝓ habitaculo cōuerſatōis ac fructibus ſctē generatōis abūdātiſſime: adeo ꝙ ip̄e xp̄s filius dei intantū dilexerit eius generatōem vt ex eius filia ſcꝫ virgine maria carnē aſſumeret: ⁊ inter fructus ipſius anne habitaret. Merito ergo de ſctā anna hec verba accipiunt̄ ꝓ themate. Ecce arbor in medio terre. loco p̄allegato. Juxta q̄ qdē v̄ba ꝓſequēdo btē anne duodecī priuilegia tanq̄ ramos ſeu flores a deo collata deſcribemꝰ: qbus ip̄a fuit coronata. Et ſūt hec.

Primum dicitur Amabilis preelectionis.
Secundum dicitur Notabilis prefigurationis.
Tertium dicitur Nominalis gloriationis.
Quartum dicitur Excellentis nobilitationis.
Quintum dicitur Reuerentialis celebrationis.
Sextum dicitur Opulentis fructificationis.
Septimum dicitur Sp̄ualis ſolacij vel conſolationis.
Octauum dicitur Angelicalis viſitationis.
Nonum dicitur Jrreprehenſibilis conuerſationis.
Decimum dicitur Diuinalis cognationis.
Undecimum dicitur Jmperialis impetrationis.
Duodecimū dicitur Curialis celeſtis venerationis.

¶ Circa primū priuilegiū ꝙ dr̄. Amabilis preelectionis. Quia nimirū ante ſecula eſt ip̄a anna preelecta a deo:vt fieret mater genitricis xp̄i. Tho.iij.ꝑte.q.xxv.ar.iiij. Quos deus ad aliquid elegit ita preparat ⁊ diſponit vt idonei ſint. Electio aūt preſupponit amorem vel dei dilectionē. Queritur nāqꝫ quos vel quales homines deus amat ab eterno. Ad hoc rn̄det magiſter ſētētiarū in.iij.li.di.xxxij. Dicimus inquit de electis ſolis ſimpliciter hoc eſſe cōcedēdū.qꝛ deus ab eterno eos dilexit:quos ad iuſticiā ⁊ coronā preparauit. De nō electis vero ſil'r eſt cōcedēdū qꝛ odio habuit eos de⁹.i.reprobauit:ſicut legit. Jacob dilexi:eſau odio habui. Malach.i. Eccl'.xij. Altiſſim⁹ odio hꝫ pctōres. Aug'. Scio deū inimicū eſſe oī criminoſo. O pctōꝛ ꝑtimeſce peccare ⁊ age penitētiā ne pereas eternaliter. Ad ꝓpoſitū ex quo btā anna eſt predeſtinata ⁊ electa ab eterno ad ſummā hanc gloriā:vt foret mater marie ⁊ auia xp̄i.ſequit qꝛ.ſ.priuilegio maximo adamata. ¶ Circa ſcd̄ꝫ qꝛ dr. Notabilis prefiguratōis. Nā ſcā anna ꝓ eo.ſ.qꝛ genuit matrē xp̄i prefigurata eſt in ſcripturis notabiliter ꝓut dicit Hieronī.in ſermone qui incipit. Poſtulatis. Primo q̄dē prefigurata ꝑ terrā ſanctā q̄ ꝓtulit rubū quē vidit Moyſes ardentē: ſed incōbuſtū ꝑmanētem. Exodi.iij. Sic eni ſancta anna tanq̄ terra ſctā germinauit virginē mariā deo fecūdā. Scd̄o prefigurata eſt ſm̄ Hieronī.vbi ſupra ꝑ celū.de quo ſtella maris ad ortū ꝓceſſit. Tertio ſm̄ eundē:per radicē de qua egreſſa eſt virga ieſſe. Jſaie.xi. Egredietur virga ⁊c̄. Quarto per arborem bonam de qua exciſa eſt virga Aaron: q̄ ſicca permanens per ſeipſam diuinitus floruit ⁊ amigdalas produxit. Numeri.xvij. ¶ Circa tertium priuilegium quod dicitur. Nominalis gloriationis. Unde

